Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058452540-10

173
1.
2. Ca
3. H
4. M
5. M
1737
1. O

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058452540-10

# DISSERTATIO INAVGVRALIS JVRIDICA,
## DE
# JVRIBVS SINGVLARIBVS IN MEGAPOLI.
## CIRCA PROCESSVM CONCVRSVS CREDITORVM,

QVAM,

*SVPREMO ADSPIRANTE NVMINE,*

EX DECRETO ET AVCTORITATE
MAGNIFICI JCTORVM ORDINIS, IN
ILLVSTRI ACADEMIA PATRIA,

SVB PRÆSIDIO

DN. ERN. IOH. FRID. Mantzeln,
PHIL. AC JVR. DOCT. FAMIGERATISSIMI INSTIT.
PROFESS. PVBL. ORDIN. FACVLTATIS JVRIDICÆ
AD H. A. DECANI SPECTABILISSIMI,

*FAVTORIS AC PROMOTORIS ÆTATEM COLENDI;*

PRO HONORIBVS AC PRIVILEGIIS DOCTORIS IN VTROQVE JVRE CAPESSENDIS,
IN AVDITORIO MAJORI,
AD DIEM 24 APRILIS ANNO MDCCXXXVIII.
SOLEMNI EXAMINI SVBMITTIT

JOHANN. ABRAH. DUVE,
SVERINO MEGAPOL.

ROSTOCHII,
Typis IOH. IACOBI ADLERI, SEREN. PRINC. & ACAD. Typogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058452540-10

# SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

*DOMINO*

# CHRISTIANO LVDOVICO,

DVCI MECKLENBVRGICO,

*PRINCIPI VANDALORVM, SVERINI AC RACEBVRGI, COMITI SVERINENSI, TERRARVM ROSTOCHII ET STARGARDIÆ DYNASTÆ,*

PRINCIPI AC DOMINO SVO LONGE CLEMENTISSIMO.

Diſſertationem hancce Inauguralem,
in debitæ atque perpetuæ Devotionis teſſeram humillimam,

conſecratam offert,

*Servus Humillimus,*

JOHANNES ABRAHAMUS
DUVE.

Viro, Natalium ſplendore & eruditione ornatiſſimo,

# Domino Doctorando DUVEN,

Amico ſuo æſtumatiſſimo,

*quævis fauſta precatur*

**PRÆSES.**

NOn poſſum Te, *optime Domine Duve!* ſine allocutione, cum tua erudita diſputatione ubique diſtribuenda, quamque poſtgramma, ſubmiſſe a Grammaticis veniam petendo, appellare placet, dimittere. Thema autem illius ipſe Tu merito eris. Tu, qui immortalis memoriæ Jure-Conſulti, Profeſſoris in hac Alma & poſt atque præter alia illuſtria munia. de quibus videatur in luctuoſiſſimum obitum publicatum Rectorale Programma de Anno 1732. Cancellarii Mecklenburgici, B. Dn. JOHANNIS KLEINII, Viri, quem in cineribus adhuc veneramur, cujus merita nullum oblitera-

bit ævum; Viri, quem ſcripta vetant mori: Viri, cujus ILLUSTRES FILIOS provincia inter ſua refert ornamenta, Nepos es; Tu, qui Illuſtris Conſiliarii Regiminis Mecklenburgici B. Dn. JOH. ABRAH. DUVEN, Viri magnorum in patriam meritorum, quæ pariter enumerat lugubre programma academicum de Anno 1728. Filius es; Tu, qui poſt primæ ætatis periodos, in ſtudiis ſolertiſſime conſumtas, in hac Academia aliorum & meas ſcholas juridicas ſedulus frequentaſti, Lipſiæque, per annos, Viros eruditos, RECHENBERGIOS, MASCOVIOS & alios aſſidue audiviſti; Tu, qui, poſt viſas etiam alias Muſarum ſedes & urbes illuſtriores, in patriam rediiſti feliciter; Tu, qui in Aulæ & Themidos Mecklenburgicæ ſacrarii cultiſſima ſede, Sverino, vivam, apud Viros Practicos famigeratiſſimos obſervaſti praxin; Tu, qui in examine vere rigoroſo ad ſubtiliores apices uſque eruditionem tuam probatam dediſti; Tu, qui diſputationem inaugura-
lem

lem exaſciatam mihi obtuliſti; Tu, inquam, thema hujus meæ epiſtolæ es, & hæc erant quæ, pro conditione paginæ, de te, qua præterita ſcribenda habebam. Qua inſtantia, invito O.O.O. Viros & Commilitones, ceu auritos teſtes, ut te audiant defendentem diſputationem tuam inauguralem, cui equidem meum etiam nomen inſcriptum, ſed cui, quia jam illuſtrium & celeberrimorum virorum, quibus in ſcientia Juris Mecklenburgici lubenter cedo & credo, calculo approbata erat, de meis parum, imo nihil acceſſit. Porro invito ad ſolennitatem ipſam inauguralem, quo veniant magni & medioxumi, ceu oculati teſtes obſervaturi, quomodo tibi & quinque aliis Viris Clariſſimis imponatur doctoralis pileus. Qua futura, prævideo, fore, ut patria in te habeat Virum, ſicut ad quævis magna natum & aptum, etiam ad magna adhibitum. Faxit DEVS, ut patriæ diu ſuperſtes ſis:

ut

ut illuſtri Familiæ, & ſpeciatim MATRI OPTIMÆ, in ſeros annos ſis ornamento, ſis ſolatio. Hæc ſunt, quæ hac vice, tibi dicare volui; Hac vice, inquam, nam ſi tibi mea non diſplicebit amicitia, quavis occaſione me habebis officioſiſſimum & congratulantem. Vale!

*Dab. d. 19. Aprilis.*

*Anno* 1738.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058452540-10

# Q. D. B. V.

## §. I.

*De Beneficio cessionis Bonorum in genere.*

AD ea potius debet aptari jus, quæ & frequenter, & facile, quam quæ perraro eveniunt, *L. 15. ff. de LL.* Hoc me commovit, materiam de concurſu Creditorum frequentiſſimam pertractare, maxime quum in jure noſtro provinciali ſingularia quædam ad eandem pertinentia occurrant, quæ omnes, præſertim eos, qui ad praxin noſtram animum adjungunt, omnino ſcire juvabit. Quodnam ſit initium concurſus Creditorum, & quid in genere circa illud obſervandum, optime jam pertractavit LUDOVICI in der Einleitung zum Concurſs-Proceſſ. *Cap. I. per totum.* In ſpecie vero quoad Megapolin noſtram, ſancitum eſt, in *Ordinatione Dicaſterii Provincialis Megapolitana, Part. II. Tit. 45. §. 1.* de limitibus admiſſionis & ceſſionis bonorum.

Multum omnino differt, utrum cum, vel ſine beneficio ceſſionis bona debitoris obærati ad concurſum pervenerint.

nerint. Equidem de incarceratione quæ dicta ſunt, ho-
dienum ceſſare conſtat, ac licet porro beneficium ceſſionis bonorum flebile adjutorium ac miſerabile auxilium dicatur, in *L. 7. & 8. C. de ceſſ. bonor.* iſta tamen adhuc remanet differentia, quod ad beneficium ceſſionis admiſſus debitor veſtimenta, ut & opifex inſtrumenta maxime neceſſaria retineat, per verba dictæ ordinationis dicaſterii provincialis Megapolitanæ *cit. loc. §. ult.* ibi: Und obwohl der Schuldener alle ſeine Haab und Güter billig abtritt, darunter auch ſeine gute Kleider zu verſtehen, ſo ſoll gleichwohl der Schuldener nicht gar ausgezogen, ſondern ihm ſeine nothwendige Kleidung am Leibe, auch, ſo er ein Handwercks-Mann, ſein nothdürftiges Werckzeug nach Geſtalt der Perſohnen, und Handwerck gelaſſen werden. Et ita judicatum in Cancellaria Sverin. Anno 1727. d. 24 May in Concurſs- und Ceſſions-Sachen des Goldſchmidts Martens, verbis: Betreffend des Debitoris Handwercks-Zeug, ſo wird dem von Creditoribus vorgeſchlagenen Goldſchmidt Gronow in Krafft und mittelſt Vorzeigung dieſes abſchiedes injungiret, ſolches unverzüglich dergeſtalt zu ſortiren, daſs er, was davon höchſt unentbehrlich, und was nur zur mehren Commoditæt in der Arbeit, oder gar ſelten gebrauchet wird, ſeinem Gewiſſen nach beſonders ausſetze, da dann Creditores das Erſtere, der Hof- und Gerichts Ordnung zu Folge, dem Debitori zu laſſen ſchuldig, das Leztere aber ad maſſam zu behalten wohl befugt. Utrum vero ſub voce omnium bonorum etiam feudi ſubſtantia ad effectum ceſſionis comprehendatur, de jure communi feudali negatur, niſi ex conſvetudine forſan, aut ſtatuto Provinciæ ejuſmodi bona alienare & ex iis æs alienum ſolvere permiſſum ſit, ut de Megapolenſibus feudis ab omni ævo conſtat. Vid. *COTHMANN. Volum. 3. Reſp.* 18 *n.* 2. 3. *TORNOV. de Feud. Mecklenb. Part. I. Cap. 3. Sect. I. §. 8. & Sect. VI. §. 2. p. 661.*

§. II.

## §. II.

*Differentia ceſſionis bonorum & beneficii competentiæ.*

Cavendum autem, ne beneficium ceſſionis cum beneficio competentiæ confundamus, vi cujus certis perſonis tantum relinqui debet ex bonis excuſſis, quantum neceſſe habent ad neceſſaria vitæ ſubſidia, juxta ſtatutum & conditionem earum *STRYK. in Diſſ. de Benef. dat. in ſolutum Cap. V.* §. 35. Quibus ergo perſonis dictum hoc beneficium competat, ex jure & Doctoribus jam conſtat. Hic ſaltem notandum venit, debitorem qui ſemel bonis ceſſit, intuitu priorum Creditorum, hoc beneficio frui, per *L.* 4. 6. *&* 7. *ff. de Ceſſ. bonor.*, addatur ordinat. prov. Megapol. C. I. §. 5. Ich ſchwehre, &c. ibi: ſondern da mir GOTT auch künfftig zu Glück und Beſſerung meiner Nahrung hinwieder verhelffen wird, meinen Gläubigern auf ihr Erfodern NB. nachdem ſich alsdann mein Vermögen erſtrecken wird, auch ferner bezahlen ſoll und will. Et hoc reſpectu iterum differt debitor ad beneficium ceſſionis admiſſus, ab eo, qui hoc beneficio indignus judicatur. An & quatenus autem beneficium competentiæ Nobilibus bonis cedentibus competat, diſquiri adhuc meretur. affirmativam ſententiam tuentur DDres, docente STRYK. *in U. M. ff. Lib.* 42. *Tit.* 3. §. 21. Quod tamen de terris noſtris alii negant, propter verba ord. dicaſt. prov, Megap. cit. loc. §. 1. Quæ ſententia in praxi quoque recepta, ſicuti pronunciatum in Cancellaria Sverinenſi Anno 1727. d. 15. Octobr. in cauſa des Hauptmanns von Beeren zu Jeſendorff. Diſſentit JCtus patrius TORNOVIUS argumento a milite ad Vaſallum deſumto, *Part. I. Cap.* 3. *Sect. VI.* §. 18. *pag.* 700. *&* 701. ita ut vulgo Nobilibus tribuatur beneficium competentiæ, ne egeant, CARPZ. *Part. I. Conſt.* 32. *Def.* 15. *& Part. II. Conſt.* 25. *Def.* 6. Quod tamen apud nos non obſervari teſtatur BRUNNEM. *de Proc. conc. cred. Cap VII.* §. 20. id quod etiam de Marchia ſpeciatim negat. *Id. ad L.* 16. *ff. de Rejud. n.* 2. *MULLER Reſolut.*

*L. II. n. 30. ſeqq.* In punčto juris exemplum a milite ad Nobiles in jure ſingulari non admitti vult. *STRYK. ad Brunn. de proc. conc. credit. dičto jam loco* §. 20. Imo in prædičto caſu des Hauptmanns von Beeren, beneficium Competentiæ eam ob cauſam denegatum, quia fuerit miles, ideoque tanquam miles ſibi vičtum amičtumque acquirere valeret per *L. 6. ff. de Rejud.* Porro in Cancellaria Sverinenſi Anno 1732. d. 4. Jul. in Schuld-Sachen Sigmund Friedrich von Reſtorff zu Weiſſin, qui miles non fuit, pronunciatum verbis: Darneben hat das von ihm geſuchte Beneficium Competentiæ, geſtalten Sachen nach, ſo wenig als die von ſeinem Ehe-Weibe intendirte anderweitige Taxation der Güter ſtatt. Hinc alii *B. DN.* TORNOVIVM iſto de caſu intelligendum eſſe cenſent, quando Nobilis ad beneficium ceſſionis admiſſus dein ad meliorem fortunam pervenerit, ubi omnes, qui bonis ceſſerunt, ſi de poſtea quæſitis conveniantur, beneficio competentiæ gaudent, propter ſingularem miſerationem, quam tales merentur, *§. fin. J. de ačtion. & L. 4. 6. & 7. ff. de Ceſſ. bon.*

## §. III.

*Solennia circa ceſſionem, utpote editio Inventarii, præſtatio Juramenti & ſimilia.*

Reliquas obſervationes circa Proceſſum Concurſus Creditorum rite rečteque inſtituendum Nobis præſcripſit Sereniſſimus Legislator in dičta jam *ordinat. Dicaſt. provinc. Megap. Part. II. Tit. 45. §. 2. 3. & 4.* verbis: Damit aber die Abtretung der Güter aufrichtig geſchehen, und die Gläubiger und Bürgen dadurch nicht ſo viel vervortheilet werden mögen, ſo ſoll erſtlich der Schuldener, ſo zur Ceſſion geſtattet werden will, vor unſerm Land- und Hof-Gericht ſelbſt erſcheinen, und eine wahrhafftige Verzeichniſs ſeiner Creditorum, und was oder wie viel er einem jeden derſelben ſchuldig, übergeben, und darneben bitten, ihn zur Abtretung und Ceſſion kommen zu laſſen. Darauf ſollen die Gläubiger auf einem gewiſſen Termin zu

zu erſcheinen, und da ſie wieder die gebetene Ceſſion einige beſtändige und rechtmäſsige Einrede hätten, dieſelbige alsdann fürzubringen, per publica Proclamata citiret werden.

Und daferne alsdann die Glaubiger wider ſolche Ceſſion nichts einwenden, oder was ſie einwenden, für unerheblich geachtet wird, ſo ſoll dem Schuldiger und Debitori auferleget werden, in Gegenwärtigkeit der Gläubiger nachfolgenden leiblichen Eyd zu ſchvvehren: Ich ſchvvere, daſs ich meine Haab und Güter, auch Schulden, damit andere mir verhafftet, und ſonſten alles andere, ſo viel mir vviſſend, gefährlich nicht verſchweigen, noch verhelen, ſondern alles treulich und vvahrhafftig anzeigen, und ſonſten auch von meinen Haab und Gütern, meinen Gläubigern zum Nachtheil und Abbruch zuvor nichts unterſchlagen, veräuſſert, noch in einige Wege alieniret und hingegeben habe, noch auch hinfort nicht allein nicht unterſchlagen und entvvenden, ſondern da mir GOTT auch künfftig zu Glück und Beſſerung meiner Nahrung verhelffen vvird, meinen Gläubigern, auf ihr Erfodern, nachdem ſich alsdann mein Vermögen erſtrecken vvird, auch ferner bezahlen ſoll und vvill, alles getreulich und ohne Gefehrde, als mir GOTT helffe und ſein heiliges Wort!

## §. IV.

Hæc quæ jam diximus; adhuc in viridi ſunt obſervantia, ac licet *B. TORNOVIUS C. I. Sect. VI.* §. 1. *p.* 660. teſtetur, quod obſervantia apud nos huic rigori non reſpondeat, dum æquitatis magis, quam ſtricti juris rationem habens remedium ceſſionis bonorum & dationis in ſolutum promiſcue admittit, procul habita plerumque ſcrupuloſa illa inquiſitione, an culpa debitoris vel abſque ea conflatum ſit æs alienum; praxis tamen quotidiana contrarium nos docet, quod & ipſe fatetur *B. Tornovius in* *Quæ in praxi noviſſime obtinent.*

 *fine*

*ſine dicti* §. 1. verbis: exceptis tamen manifeſtis Fallitis, Bancoruptoribus, & decoctoribus, quibus merito utrumque juris beneficium denegatur; Id quod magis magisque vel ex hoc ſolo colligi poteſt, dum debitores obærati juxta præſcriptum ordinationis Dicaſterii provincialis Megapolitanæ ſpecificationem bonorum, qua etiam nomina paſſiva continentur, judici in Termino præfixo exhibere tenentur, quo facto Creditores ad hunc Terminum citati, habita prius inſpectione hujus ſpecificationis, nec reperto aliquo defectu, exceptiones ſuas, quare debitor communis ad beneficium ceſſionis haud admittendus ſit, exponunt, & judex ſuper iis in continenti ſine ullis ambagibus arbitratur, ita, ut ſi Creditores vel nullas, vel non relevantes habeant exceptiones, debitor communis, ad juramentum ceſſionis ſtatim admittatur.

§. V.

*Quomodo appellandum ſit juramentum.*

Hoc interim dubium non nullis videtur, utrum hoc juramentum ceſſionis, an manifeſtationis dicatur? maxime hoc caſu, ſi debitor nimis obæratus in bonis ulterius graſſari velit, Creditores autem ad concurſum provocantes iſtum citari petant, & ab eo juratam ſpecificationem bonorum ac nominum paſſivorum deſiderent, alii hoc manifeſtationem vocant, nec ceſſionem bonorum nominari volunt, quum ceſſio bonorum ſit beneficium, hoc autem invito non obtrudatur, per regulam juris notoriam. Quidquid vero ſit, inſiſtimus legi provinciali, qva ubivis vox ceſſionis, nunquam vero manifeſtationis reperitur, nec magnum intereſſe controverſiæ adeſſe cenſemus, dum beneficium ſive juramentum ceſſionis re ipſa manifeſtationem involvit, id quod teſtantur verba: Ich ſchvvehre, daſs ich meine Haab und Güter, auch Schuldt, damit andere mir verhafftet, und ſonſten alles andere, ſo viel mir vviſſend, gefährlich nicht verſchvveigen noch verhelen, ſondern alles treulich und vvahrhafftig anzeigen, und ſonſten auch

von meinen Haab und Gütern meinen Gläubigern zum Nachtheil und Abbruch zuvor nichts unterſchlagen, veräuſſert, noch in einige Wege alieniret und hingegeben habe, noch auch hinfort nicht allein nicht unterſchlagen und entvvenden vvolle.

## §. VI.

*Differentia Ceſſionis, & convocationis Creditorum ad liquidandum & tranſigendum, nec non dationis in ſolutum.*

Ab hac Ceſſione differt proceſſus noſter, quo Creditores ad liquidandum & tranſigendum citantur. Nam hæc convocatio Creditorum, utpote quæ per ſe non eſt injuſta, *BRUNNEMANN. de proc. Conc. Cred. Cap. I. §. 3.* caret effectu ſolennis ceſſionis, *TORNOV. d. l. Sect. IV.* §. 3. *pag.* 663. Nec in omnibus convenit ceſſio cum datione in ſolutum ſpeciali, quia hoc beneficium per *Novell.* 4. *c. ult.* & inde deſumtam *Auth: Hoc niſi C. de ſolut.* ut & per *Receſſ. imper. Noviſſ de anno* 1654. *§.* 172. introductum mitius eſt beneficio ceſſionis bonorum, *TORNOV. c. l. §. I, pag.* 659. Iſto vero ut juvetur debitor, oportet 1) conſtare debitorem ad reſtitutionem pecuniæ non eſſe idoneum, ad quod non deſideratur jurata ſpecificatio omnium ejus bonorum cujus nulla in lege mentio fit, ideo nec irrogatio juſta habenda erit, ſed ſufficit juramentum, ſe adeo eſſe inopem, ut pecuniam paratam comparare & ſolvere non poſſit, 2) ut ex mobilibus ejus nihil ſit, quod præeligat Creditor, cui electio relicta eſt, ſed ſimul ubi talia ſecum eſſe negat debitor, probatio exiſtentiæ incumbit, 3) ut Debitor ex melioribus aliquam offerat, & in ſolutum det, cujus non inutilis ſit poſſeſſio, 4) ut ex oblatis Creditoris ſit electio 5) ut non reperiatur ejus emtor quo exiſtente non neceſſaria eſt rei in ſolutum acceptio, ſed ſupereſt pretii exactio, 6) ut nullo exiſtente qui emit ſubtilis ejus fiat æſtimation, 7) juxta æſtimationem tradatur ſupplendo, quod minus valet taxa, aut reddendo, ſi quid in ea eſt ſuperfluum, 8) ut poſſibilem de evictione Debitor præſtet cautionem. Alia qvum lege non

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058452540-10

non deſiderentur, nec ſine ea fas eſt irrogari debitori gra- viora. Quem clementia legis per id beneficium liberare voluit, male per judicem ſub obtentu hujus beneficii adigetur ad illa, quæ ceſſionis propria ſunt. *MEV. Part. IV. Dec.* 370. aliud dicendum de datione in ſolutum ge- nerali, ubi moribus noſtris idem procedendi modus, ac in concurſu ſolenni obſervatur, ita ut etiam vocabula ceſſionis & dationis in ſolutum, nempe generalis, ſyno- nymice ponantur *in Conſtitut. noſtra Megapolit. d. d.* 29. *Jan.* 1646. verbis; Die in Concurſs gerahtene Güter, nach dem gemachten Taxt in ſolutum annehmen. Hinc Cre- ditoribus quidem jus eligendi competit, attamen ſecun- dum ordinem ſententiæ prioritatis, ita ut Creditores an- teriores res præſtantiores, e. g. pertinentias feudi, ex qui- bus maximi percipi poſſunt fructus, ſecundum taxam optare poſſint, per ſpecialem *conſtitutionem Megapolitanam d.* 29. *Jan.* 1646. §. diejenige Creditoren &c. ibi ſoll einjeg- licher, nach Veranlaſſung der Priorität, Wahl haben, vor ſeiner Forderung ſecundum taxam, ein Stück vom Guth abſonderlich anzunehmen: Ita quoque pronunciatum in Dicaſterio noſtro provinciali, d. 29. Jun. 1734., in Con- curſs und Priorität-Sachen des Rahts-Verwandten Ga- briel Braſchen aus Gadebuſch, verbis: Inzwiſchen aber einen Käuffer darzu zu erlangen, ſich beſtens zu bemü- hen, oder da ſie ſobald keinen bekommen könten, und langer in Gemenge zu bleiben, nicht Belieben funden, ſondern einer oder der ander von denen Creditoribus Hy- pothecariis, aus denen Acker-Stücken etwas eintzeln an- zunehmen, reſolviren wolte, ſich deſsfals und zvvar nach Maſsgebung der Fürſtlichen Conſtitution de anno 1646. ſolchergeſtalt, daſs ſecundum prioritatem, daferne Cre- ditores poſteriores des juris offerendi ſich nicht bedienen wollten, denen vorhergehenden Creditoribus fur den nachſtehenden die Wahl, welches von denen unter ih-

nen

nen diſtribuirten Stucken ſecundum taxam anzunehmen, ihnen gefallt, gelaſſen werde, unter einander zu vergleichen.

## §. VII.

*De Edictali Creditorum Citatione.*

Moto concurſu, citantur Creditores, de quo pluribus agit *LUDOV. c. l. C. 3. per totum.* Et quidem mediante edictali citatione, quæ eſt abſolutæ neceſſitatis, in tantum, ut ſola citatio ad domum non ſufficiat, id quod eleganti præjudicio comprobat *IDEM, c. l.* §. 2. *&* 3. Ad ſtipulatur huic praxis, *& Ordinatio Dicaſterii provincialis Megapolitana Part. II. T.* verbis: Darauf ſollen die Glaubiger auf einen Termin zu erſcheinen, und da ſie wieder die gebetene Ceſſion einige beſtandige und rechtmaſſige Einrede hatten, dieſelbige alsdann furzubringen, NB. per publica Proclamata citiret werden. Reliquas obſervationes, nimirum quod hæc citatio edictalis in trium Dominorum territoriis affigenda ſit, item quod tres terminos ordinarios, adeoque in Megapoli 9. hebdomades complectatur, & quæ his ſimiles ſunt obſervationes bene jam notavit *LUDOV. c. l. Cap. III.* §. 10. *&* 11, quibus praxis noſtra Megapolitana reſpondet. Hoc ſaltem notari meretur, utrum unica citatio edictalis ſufficiat, an vero bis vel ter illa iteranda ſit? In Saxonia & Ducatu Magdeburgico unica citatio edictalis ſufficit, in Pomerania citeriori autem citatio ad liquidandum tribus vicibus renovatur. Lege autem deficiente *MEVIUS in diſcuſſ. levam. inop. debit. C. III.* ad minimum duas requirit *COCH in Praxi fori German. LUDOV. d. l. Cap. III.* §. 9. Quoad Megapolin noſtram lex quoque deficit, adeo, ut hic per regulam nil certi ſtatuendum ſit, ſed pro diverſitate circumſtantiarum modo unica ſufficiat, modo bis vel ter renovetur. Sic verbi gratia unica ſufficit in convocatione creditorum ad liquidandum & tranſigendum, de qua ſupra §. IV. jam diximus, modo tamen 1) Liquidatus,

prouti in Cancellaria Sverinenſi ſæpius observatum, juratam nominum paſſivorum ſpecificationem produxerit, vel iſtam juramento corroborare ſe obtulerit, 2) nomina paſſiva pretium rei venditæ non plene, nec plane abſorbeant, & 3) Liquidato adhuc alia bona ſuperſint, ex quibus creditoribus forſan latentibus ſatisfieri poſſit, ut itaque hi, in ſecuritatem emtoris, præcludantur quidem a prædio vendito, attamen reſpectu reliquorum bonorum, iis regreſſus contra Liquidatum in ſententia præcluſiva per expreſſum reſervetur, & inſimul hic in expenſas cuilibet creditori refundendas condemnetur, uti obſervatum ex actis Cancellariæ Sverinenſis in cauſa des Rittmeiſters von Lepel zu Grabow, Herrn von Hundten zu Ober-Rüling, Burgermeiſters Wettering zu Gadebuſch, aliisque pluribus. Pone etiam caſum, quod concurſus non ſit magi momenti, & utique conſtet, communi debitori extra locum domicilii, cum aliis commercium haud fuiſſe, hic quoque inſimul productam nominum paſſivorum deſignationem ejuramento ceſſionis coroboraverit & unica citatio edictalis ſufficit, modo facta ſit ſub præjudicio præcluſi, & ad minimum tres terminos ordinarios comprehendat, prouti hoc multa præjudicia, maxime in judiciis inferioribus teſtantur. Quandoque autem renovatur citatio, v. g. ſi conſtet, Liquidatum aere alieno nimis obrutum eſſe, & pretium rei venditæ à creditoribus plane abſorberi, vel bona a debitore ceſſa, ad omnium creditorum ſatisfactionem haud ſufficere, vel etiam proclamata prima vice decreta præjudicium præcluſi non continere, &c., quibus caſibus bis, non nunquam etiam, (quod tamen absque ſonticis cauſis fieri non ſolet v. g. quando liquidatus vel communis actor alterutrius proclamatis affixionem neque docere, neque hoc cum ſveto documento reproducaere queat) ter reiterantur proclamata, ut adeo Mevius & Coch locis ſupra citatis ſibi non contradicant,

dicant, ſed pro diverſitate circumſtantiarum uterque recte ſit accipiendus.

§. VIII.

De Dicaſterio Provinciali Megapolitano mihi relatum, ac præiudicio, quod nuperrime ibidem obvenit, probatum, nec in ſecundo liquidationis termino, utut vel maxime Creditores ſub præjudicio præcluſi fuerint citati, latentes præcludi, ſed hoc demum in ſententia prioritatis fieri, cujusmodi etiam praxi adſtipulatur *LUDOVICI c. l. Cap. ult.* §. 7. *De præcluſione Creditorum latentium, tanquam effectu citationis Edictalis.*

Quod vero Cancellariam Sverinenſem, Guſtrovienſem, aliaque judicia Mecklenburgica attinet; per regulam dicendum, quod finita liquidatione, creditores latentes ſtatim præcludantur, nec absque ſonticis cauſis reſtituantur. Quodſi vero ejusmodi cauſæ adſint, prævia ſummaria cognitione, absque ullis ambagibus datur reſtitutio in integrum contra factam præcluſionem, quod vice plus ſimplici in Cancellariis noſtris obſervatum, modo hoc fiat ante ſententiam prioritatis, quia poſtea non magis audiuntur Creditores latentes, *LUD. c. l. Cap. ult.* §. 3. Quæritur autem, utrum ad effectum præcluſionis præter edictalem adhuc citatio ad domum ſimul requiratur? Affirmativam tuetur *BRUNNEM. de Proc. Conc. Credit. Cap. II.* §. 2, verbis: Sed ſi quidam Creditores ſint forenſes, vel in alia provincia habitent, vel ſint viduæ, vel pupilli, vel minores, vel corpora pia, putaverim, eos poſſe ſpecialiter citari, ne poſtea finito concurſu veniant, & reſtitutionem petant ex capite ignorantiæ probabilis, vel favore ætatis, aut religionis, & ita totum ordinem turbent. Eaque propter utile erit, a debitore exigere nomina creditorum, quo præſertim alibi degentes citari poſſint. Quem ſequitur *TORNOV. d. l.* §. 4, ſtatuens, conſultius eſſe, ejusmodi nominatas perſonas ſpecialius citari; Praxis tamen adeſt in contrarium, ita, ut cum edictali



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058452540-10

nunquam citatio ad domum ſimul fiat. Quodſi vero ex aliis actis ſpecialibus ejusdem fori concurſus, de hoc vel illo debitore conſtet, (quam ob rem etiam ejusmodi acta ſpecialia actis concurſus jungi ſolent,) vel etiam communis debitor una cum jurata bonorum ſpecificatione nominum paſſivorum deſignationem, quid & quantum cuivis debeatur, produxerit, Creditor non magis latere dicitur, utut vel maxime in termino liquidationis non compareat, ideoque præcluſio ſubſequens, ei non nocet, ſed hac non obſtante, in ſententia prioritatis conveniente loco collocatur. Quando autem ratione quantitatis vel qualitatis adhuc dubium manet, huic creditori in ſententia prioritatis injungi ſolet: Daſs er die, wegen ſeiner Foderung ad Acta, noch nicht völlig conſtirende Richtigkeit foderſahmſt, langſt innerhalb 3. Wochen ſub pæna præcluſi dociren ſolle, vel etiam, daſs Creditor nicht anders, als geſchehen, inter chirographarios zu claſſificiren, es ware dann, daſs er binnen Ordnungs-Friſt beſſer, dann bishero geſchehen, ein potius jus, als er ſich engemaſſet, erweiſen könte, auf welchem letzterem Fall er juxta prioritatem temporis, in hac vel illa auteriori Claſſe zu ſetzen ware. Id quod etiam actor Communis ante inrotulationem actorum expedire, & mandata vel citationes ad liquidandum, & deducendum jura prioritatis, inrotulationem actorum, audiendam ſententiam, & quæ his annexa ſunt extrahere, & creditori ad domum inſinuare ſolet.

## §. IX.

*De Termino Liquidationis, ejusque Proceſſu Summario.*

In termino liquidationis communis debitor, vel actor communis proclamata reproducit, eorumque affixionem & refixionem, cum documento Secretarii illius loci, ubi fuerunt affixa, ſimul docet. Sufficit quoque, ſi Secretarius Civitatis, in qua Proclama fuit affixum, huic ſubſcribat, & quidem his verbis: *affixum &c. refixum &c.* quod

quod jam olim notavit *TORNOV. d. l.* §. 4. *p. m.* 667, & in civitate hac Roſtochienſi a Secretario ita obſervari ſolet. Sicuti ergo inſinuatione rite non probata, purificatio præjudicii, ſive pœnæ comminatæ locum non habent, ita nec hic, antequam aff- & refixionem probaveris, præcluſio decernitur. Quodſi vero communis debitor, vel actor communis, circumſtantias, quibus unum vel alterum proclama cum documento aff- & refixionis reproducere impeditus fuerit, indicet, etiam poſt finitam liquidationem, decretum præcluſivum tam diu differtur, donec omnia ac ſingula proclamata cum ſvetis documentis fuerint reproducta. Quando autem communis debitor unius vel alterius proclamatis aff- & refixionem cum ſveto documento plane docere nequeat, denuo citatio edictalis renovanda, de quo ſupra jam diximus §. V. in fine. Liquidatio porro, ſive profeſſio debiti a Creditoribus fit ſummatim, toto proceſſu concurſus ſummario exiſtente, *MEV. Part.* 3. *Dec.* CCCXXXVII. *n.* 3. *ZANGER de Except. P.* 1. *Cap. I. n.* 60. *CARPZ. Lib.* 1. *Reſp.* 79. quod tamen ita ſtricte haud tenendum, ut probationes per teſtes non admittantur, vel una alterave dilatio haud indulgeatur, *TORNOV. C. l.* §. 5. *p.* 666, *qui* §. 3. *pag.* 662. Formam externam dationis in ſolutum in proceſſu ordinario, ſed contra praxin, quod pace tanti viri dixerim, conſiſtere ait. In foris noſtris proceſſus liquidationis plerumque fit oretenus, & raro in ſcriptis; Interim tamen hoc ultimum non prohibitum, & hoc caſu illorum, qui in ſcriptis, quod ipſis debetur, profeſſi ſunt, in protocollo liquidationis mentio quoque fieri ſolet, quo Domino Referenti, ſententiam prioritatis concepturo, quid & quantum cuivis debeatur, ex protocollo liquidationis uno intuitu adpareat. Liquidatio ipſa tandem fit hoc modo, ut non unus creditorum in termino liquidationis ſeparatim, ſed omnes creditores ſucceſſive in hoc termino

cum debitore vel contadictore de eo, quod debeatur litigent, quo conſtet, quænam & quousque credita ad liquidum ſint redacta. *LUDOV. d. l. C. II.*, *§. ult.*, ubi addit, quod judex melius faciat, ſi habita temporis ratione, liquidationes contradictori communicarit, id quod nobis diſplicet, per infra dicenda in §. ſequenti,

§. X.

*De diverſo officio Curatoris bonorum Contradictoris, & actoris Communis.*

De Officio Curatoris bonorum ac Contradictoris jam egit LUDOV. c. l. Cap. IV, à quo inſigniter differt officium actoris communis. Nam Curator bonorum extrajudicialia ſolum curat, v. g. adminiſtrationem bonorum; Contradictor perſonam ac vices debitoris repræſentat, commnnis actor autem creditorum perſonas & jura obſervat. Ideoque etiam fieri ſolet, ut communis actor, ſicuti in genere ita quoque in ſpecie hujus vel alterius creditoris jura ceu advocatus defendat; E contra Contradictor primario debitoris Intereſſe obſervet. Solet itaque Contradictor in termino liquidationis ſolum conſtitui, ac finito termino, vel finita Liquidatione, ejus officium ſimul finiri, ut adeo *TORNOV. c. l.* §. 5. *p.* 666. contradictorem non ſatis curate communem creditorum advocatum appellare videatur. Alioquin quod attinet officium curatoris bonorum, & actoris communis, utrumque in proceſſibus concurſus, ubi maſſa bonorum nullius eſt momenti, ſumtuum diminuendorum cauſa, combinatur; regulariter tamen & in concurſibus aliqualis momenti hæc tria officia ſeparantur, ita ut officium Curatoris bonorum Notario, ſive alii perito Oeconomo, officium autem actoris communis JCto, qui omnium Creditorum jura communia obſervet, mandetur. Utrumque hoc officium a primordio concurſus incipit, & ad finem uſque durat. Contradictoris quoque officium plane ceſſare poteſt, ſi debitor communis adhuc in vivis, & in termino liquidationis præſens ſit, qvum hic veras circumſtantias cujusvis cre-

crediti profeſſi quam optime perſpectas habeat. Hinc ſequitur, communem debitorem in termino liquidationis non per procuratorem, ſed in perſona comparere teneri, per verba *ordinat: Dicaſt. provinc. Megapolitanæ c. l. T. 45. §. 2. ibi*, ſoll erſtlich der Schuldener, ſo zur Ceſſion geſtattet vverden vvill, vor unſer Land- und Hof Gericht NB. ſelbſt erſcheinen. Ideoque patet, praxi noſtræ haud convenire, quod habet *LVD. d. l. Cap. II. §. ult.* ſtatuens, judicem melius facere, ſi temporis ratione liquidationes cum in finem conſtituto contradictori, vel curatori communicet, cum injuncto, ut ad eas excipiendo reſpondeat, qvam potius in Megapoli noſtra, communis debitoris præſentia in termino liquidationis adeo ſit neceſſaria, ut hic quoque ſub pœna realis citationis, vel minimum, inſtrumentorum pro recognitis habendorum, citetur, & iſto contumaciter emanente præjudicium hoc purificetur; Hoc caſu, non ſolum ut ſupra diximus, contradictor quoad actum liquidationis conſtituitur, ſed etiam cuivis creditorum licet, alteri creditori contradicere, & exceptionem N. N. P., præſcriptionis, vel dotis non numeratæ, quam ultimam creditores poſſunt opponere, licet debitor maritus eam opponere nequeat ob lapſum temporum, *BRUNN. d. l. C. III.*, §. 8. Imo interdum exceptio non datur debitori, ſed creditori poſteriori, v. g. ut creditor teneatur prius ſpecialem hypothecam excutere, quam generalem, *L. 2. C. de pign.* Nam hoc in gratiam concreditorum, non vero debitoris conſtitutum, ideoque hæc exceptio non â debitore, ſed concreditore opponi poteſt, *IDEM d. l.* accidit etiam, nonnunquam communem debitorem ſive contradictorem uni vel alteri creditorum favere, & exceptiones obſtantes haud opponere, quo caſu aliis concreditoribus has exceptiones afferre, & documenta falſa impugnare, vel raſuras, ſi quæ ſint oſtendere licet. *LUDOV c. l. Cap. V. §.*

*ult.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058452540-10

*ult*: Ex jam dictis ſua ſponte fluit, quod licet vel maxime inſtrumenta in præjudicium debitoris pro recognitis ſint habita, hoc tamen reliquis Creditoribus non noceat, quo minus contra iſta excipere queant. *MARTINI ad O. P. C. Tit.* 44. §. *I. n.* 15.

## §. XI.

*Singularia Mecklenburgica circa punctum prioritatis, & quinam Creditores extra concurſum ante reliquos ſint collocandi.*

Finito proceſſu liquidationis ſequitur punctus prioritatis, qui in ſcriptis abſolvitur, & dantur vulgo quinque claſſes. Jam vero ſingula Credita, quæ ſub hiſce comprehenduntur claſſibus pertingere, inſtituti non eſt, qvum id nimis foret prolixum, ſed ea ſaltim, quæ ſecundum mores noſtros ſingularia ſunt, & tam in feudis noſtris, quam allodiis locum inveniunt, enodare animus eſt. Prætermittimus quoque iſtam quæſtionem, utrum quinque, an plures vel pauciores dentur claſſes, de quibus videatur *LUDOV. d l. C. X.* §. 5. *ſeqq.* Nobis ſaltem notaſſe ſufficit, quod in praxi noſtra Megapolitana non ſecus ac in plurimis provinciis, in ſententiis prioritatis non fiat mentio claſſium, quia unus poſt alium collocatur, & quidem primo creditores, qui ſingulare jus prælationis, deinde qui hypothecam privilegiatam, porro qui hypothecam publicam vel privatam, tum qui perſonale privilegium habent, & deniq; qui nudi ſunt chirographarii, quod revera idem eſt, ac ſi certas claſſes ſtatueris. Abit igitur a communi tramite *TORNOV. c. l. ſect. VI*, §. 8. *p.* 670. ſtatuens, quod is, qui jus dominii habet, inter creditotes primæ claſſis ſit referendus, qvum tamen ejusmodi creditores jus dominii habentes, & res ſuas vindicantes concurſui creditorum ſe immiſcere non teneantur, quia bona vindicanda proprie non ſunt in bonis debitoris, ideoque in iis non datur Creditorum concurſus, *COCH in praxi fori Germ. Part. IV. C.* 2. § 12. add. *LUDOV. cit. loc. Cap. IX. per totum*, & *Cap. X.* §. 9. ibique *STRUV. in S. J. C. Ex. XLIV. Th.* 46. Excipiuntur tamen caſus, quando dominium illiquidum eſt

eſt, atque a Creditoribus in dubium vocatur; vel dominium vindicantis quidem liquido apparet, ille tamen concurſui obligatus eſt, v. g. ex ſocietate, quæ ipſi cum debitore interceſſit, vel ex fidejuſſione pro eo olim ſuſcepta, vel ex pignore ob impenſas in rem reſtituendam factas, vel ex alio debito, quod creditoribus jus retentionis legitime tribuit. His enim caſibus Domini res ſuas vindicantes concurſui ſe immiſcere, res ſuas adminiſtrationi Curatoris bonorum relinquere, atque onera concurſus cum cœteris agnoſcere tenentur, ita *LEYSER in Medit. ad ff. ſp. 479. Th. 1. & 2.*

## §. X.

*Quid juris qua adjudicata.*

Quod ſupra de jure Dominii diximus, idem quoque dicendum de adjudicatis noſtris Megapolitanis. Nam adjudicatio in genere juſtus adquirendi titulus dicitur, *§. ult. l. de officio Jud. L. 6. ff. §. 1. ff. de Uſufr. MEV. Conſ. 76. n.* 15. & ratione ſortis, uſurarum & expenſarum uſque ad tempus adjudicationis a creditore erogatarum ſimul decernitur, in tantum, ut ejuſmodi uſuræ & expenſæ adjudicatæ in ſortem computentur, & de integro adjudicationis quanto dein uſuræ exigantur, teſte experientia. Inprimis autem notandum venit, quod adjudicata noſtra Megapolitana jure quaſi ſeparationis contra reliquos creditores gaudeant, omnibuſque aliis præferantur, quod haud ægre ex *Conſtitut. Megapolitana ſub dato Guſtrow d. 6. Febr.* 1644. ibi: Und durch keine addictiones in ſolutum ihre Endſchafft erreichet, &c. colligi poteſt. Idem quoque habet ſententia diſtributionis, quæ ſub dato Guſtrovv d. 30. nov. anno 1677. in concurſu Joachim Andr. Zepelinen zu Gutendorff Creditorum lata eſt. N. 2. jedoch auf Maſſe, daſs zuförderſt ausgeſetzet bleiben, diejenigen Pertinentien, vvelche gevviſſen Creditoribus vorhero ſind adjudiciret, conf. *TORNOV. c. l. P. I. Cap. 3. Sect. V. §. 15. p. 650. & Dn. D. GUTZMER in Diſſ. de adjud. ejuſque præparato-*

*ratoriis, & effectu in Megapoli, Roſtochii d. 17. Mart. 1712. habita, Th. 27.* Utut vero creditores adjudicata habentes extra concurſum collocentur, omnibusque aliis Creditoribus præferantur, ita ut etiam pendente concurſu fructibus fruantur, quod ſecus eſt in aliis, jure tantum crediti gaudentibus, quippe qui concurſu creditorum per ſententiam diſtributionis demum finito, ad perceptionem uſurarum, durante concurſu debitarum, perveniunt; Hoc tamen inter DDres adhuc controvertitur, an fructus, ratione adjudicati, reſidui, jure dominii extra concurſum, an vero jure crediti inter chirographarios claſſificentur. Ratione crediti, qua talis, uſuras eodem loco cum ſorte collocari, in Megapoli conſtat, & *ſpeciali conſtitutione Megap. d. 29. Jan.* 1646. §. dieſemnach vvollen, de quo infra; ſecus eſt ratione adjudicati, utpote, quod non magis eſt in bonis debitoris, ſed creditoris. Si ergo hic res ſibi adjudicatas alii locaverit, vel debitori rebus jam adjudicatis adhuc uti frui permiſerit, & fructus quotannis non exegerit; ſed debitori vel conductori fidem de his habuerit, merito, ſalvis pactis, inter creditores chirographarios refertur: Aliud ergo dicendum, ſi fides de fructibus habita non ſit, quin potius ejuſmodi creditor, adjudicatum habens, fructus reſiduos a debitore judicialiter exegerit, & ante decretam executionem concurſus creditorum extiterit; Tunc enim acceſſorium principale ſuum ſequi dicitur, id quod æquitati maxime convenit, quia creditor adjudicatum habens, ſicuti onera realia v. g. contributiones & collectas tam ordinarias ſuſtinere, ita & fructus percipere debet, maxime ſi fides de iis habita non fuerit, adeoque non novum ſit creditum.

## §. XIII.

*Et qua contributiones.* Quæritur hac occaſione, utrum princeps, ratione reſtantium contributionum, quæ vel a feudorum poſſeſſoribus, vel aliis moroſis contribuentibus exiguntur, concur-

curſui creditorum ſe immiſcere teneatur, an vero extra concurſum collocandus, & ratione contributionum reſtantium omnibus aliis creditoribus, etiam jure ſeparationis gaudentibus, præferendus ſit? Quæſtio hæc quoad Megapolin noſtram vexatiſſima aliis videtur, quia lege expreſſa deſtituimur. Receſſus tamen electoralis in vicina Marchia, de Anno 1653. §. 29. ſequentia diſponit: die Contributions-Reſta gehen allen Creditoren, auch denen, ſo NB. ein jus ſeparationis zu haben vermeynen, vor, vvelches auch inſonderheit in executione und bey denen diſtributionibus in acht genommen vverden muſs, vvenn ſchon aus Unvviſſenheit unſer Verordnung ein anders erkandt vverden möchte. Ratio dicti privilegii collocatur tum in jure ſupereminentis dominii, tum in neceſſitate publica, *BRVNN. c. Tract. Cap. V.* §. 11. ut itaque principem ratione reſtantium contributionum fundatam intentionem habere recte defendat *TORNOV. c. l. Part. I. Cap. 3. ſect. VI.* §. 9. *p.* 672. Lege enim vel ſtatuto deficiente, illud quod in vicinis locis jus vel obſervantia tenet, ad feuda recte applicatur, *MEV. Conſ. XLIV. n.* 128. ibi: Wenn hieneben erkündiget und gehalten vvird, vvas in denen benachbahrten Landſchafften, als der Marck und Mecklenburg der Schulden halber bey denen Lehnen obſerviret wird, iſt bekannt, daſs in denenſelben die Lehne Schulden tragen, ungeachtet ob ſie mit des Lehns-Herrn Conſens gemachet ſeyn oder nicht. Derowegen als ſie ſonſten der Privilegien und Freyheit halber abſonderlich bey denen Lehnen und Eigenſchafft dieſer Länder in vielen eine Gleichheit haben, ſo wird von denen Pommern nicht unbillig vermöge ihrer Privilegien und Freyheit, dasjenige ihnen zuſtändig zu ſeyn prætendiret, was in ihrer Nachbahrſchafft obſerviret wird, als die nicht deterioris conditionis ſeyn, denn ihre Nachbahren, vvelches argumentum circa Interpretationem ſtatutorum, privile-

giorum, & conſuetudinem, ab obſervantia & moribus vicinorum locorum, in denen Rechten fundiret, und bey vernünfftigen judiciis nicht vvenig gilt, auch NB. in denen obgemeldten Landſchafften nicht ungevvöhnlich, vvie denn ex ſcriptis illorum, qui cum Pomeraniæ tum cæterarum provinciarum jura & conſvetudines explicant, ſolches mehr fältig zu finden. Hactenus Mevius.

## §. XIV.

*De jure ſeparationis ſtatutario in Megapoli.*

Obſervato jam jure dominii, notandum venit jus ſeparationis ſtatutarium, vi cujus creditores defuncti præferentiam præ creditoribus hæredis quovis tempore, etiam haud implorato judicis officio ſortiuntur. Eſt quidem ſeparatio nec juri communi incognita, quippe ea in titulis & textibus fundata eſt, & deſcribitur, quod ſit auxilium Prætoris, quo creditoribus hæreditariis poſtulantibus, cauſa cognita, bona defuncti a proprio hæredis patrimonio eum in finem ſejunguntur, ut exinde illis primo omnium ſatisfiat, uti ex caſu, qui in *L. 1. ff. de ſeparat.* continetur, apparet: Quatenus autem ſtatutaria noſtra ſeparatio a communi differat, operoſe oſtendit *TORNOV. d. 1. P. I. C. 3. Sect. VI. §. 9. pag. 673. LUDOV. C. l. Cap. XI. per totum,* ubi in fine de noſtra Megapoli teſtatur, add. *STRYK in addit. ad Brunn. de Pr. Conc. Cred. Cap. V.* § 12. *& SCHILTER Ex. ad ff. XLVI.* §. 49. Tenorem ſeparationis hujus ſtatutariæ exhibet *Conſtit. Megap. d. d. Sverin d. 29 Jan. 1646.* verbis: als J. F. G. auch vveiter befunden, daſs zu mehrmahlen bey Einholung ausländiſcher Facultäten Urthel ſich begeben, daſs eines Theils Facultäten oder Referendarii derſelben die ſeparationem creditorum & bonorum paternorum, und creditorum & bonorum cedentis auf das Quinquennium reſtringiren, ſolches aber aller der Landüblichen von undencklichen Jahren her gehaltenen obſervantz durchaus zu vvider läufft. Demnach vvollen J. F. G. daſs fort mehr ſolche ſeparationes bonorum, ohngeach-

geachtet einiger Præſcription in Acht genommen, und alle Gros-Väterliche Creditores des cedentis creditoribus ſo vvohl an Capital und Zinſen ſollen vorgezogen vverden &c. vvelche ſie dann in allen obigen Puncten der Gebür nach ſchon beobachten vverden oder da ſie gleich über verhoffen dieſelbe nicht attendiret hätten, ſollen dennoch die eingeholte Urthel hiernach Krafft dieſes in J.F. G. Nahmen von dero Cantzeley Directore und Rähten declariret ſeyn.

## §. XV.

*De jure quaſi-ſeparationis.*

De Jure quaſi ſeparationis, & quibus caſibus hoc locum habeat, legi merentur, *BRUNNEM. d. l. Cap. V.* §. 13. *& STRYK in annot. add. l. add. LUDOV. in uſu pract. Diſtinct. jurid. Lib. XIV. Tit. 4. Diſtinct. unic. in fine. & Lib. XLII. Tit 6. Diſtinct. unic. idem in der Einleit. zum Concurſs-Proceſs. C. XI.* §. 8. *ſqq.* Hic ſaltem notaſſe ſufficit, utrum hoc jus quaſi-ſeparationis in jure communi fundatum, in Megapoli quoque ſit receptum? Id quod omnino affirmandum, ſi quidem jus commune per totam Germaniam tanta pollet auctoritate, ut de ejus receptione male dubitetur, nec qui ſe fundat in jure communi ad obſervantiam probandam teneatur, donec, quod ei per ſpeciales leges provinciales ſit derogatum, ab altero probetur, *STRYK. uſ. Mod. in diſcurſu præliminari de uſu & auctoritate juris Romani in foris Germaniæ.* Inprimis autem, & ducatum noſtrum Megapolenſem ceu partem imperii ejuſdem legibus & jure uti, exiſtimandum eſt, teſte *COTHM. Vol. I. Reſp. 28. n. 233. ſqq. add. ordin. Dicaſt. provinc. megap. Part. I. T. 4. §. 5.* ubi expreſſis verbis ſancitum: Es ſoll der Land-Richter, Vice-Land Richter und andere Aſſeſſoren nach des H. Römiſ. Reichs gemeinen Rechten &c. referiren, correferiren, votiren und ſprechen; Et porro Part. II. T. 16. §. 2. ibi: in denſelbigen wie in allen andern Fällen, davon in unſer Ordnung keine ſonderliche ausdrückliche Verſehung

geſchehen, das gemeine ſo beſchriebene Recht in unſerm Land und Hoff-Gericht wir gehalten haben wollen. Jure ergo quaſi ſeparationis, præter alios creditores de quibus *vid L. 1. §. 9. de ſeparat. & L. 5. §. 15. & 16. de tributor. act.* ſpeciatim iſti quoque fruuntur, qui hypothecam habuere in re illi, qui concurſum excitavit, vendita, antequam vendita fuit. Et ſunt omnino in re illa aliis creditoribus præponendi, & juſte hi diſtractionem quam emtoris creditores facere volunt, impedire poſſunt. BRVNN. *ad ff. Tit. de ſeparat.* ejusque rubr. ibique all. MEV. *part. 4. Dec. CCXLII. per tot.* Hinc & reſponſum à Facultate juridica Wittenbergenſi: daſs die Creditores anteceſſoris hypothecarii des juris ſeparationis nicht einmahl nöhtig haben, ſondern ohne dis allen des Schuldeners eigenen Gläubigern præveniren, mithin deſſen Effect genieſſen. Teſte Dn. WERNHER *Part. VII. obſ. 6.* Idemque corroborat praxis Megapolitana, dum quod recentiſſima tempora & præjudicia attinet, ni fallor adhuc 1715. ita pronunciatum in Cancellaria Sverinenſi, in Concurſſ-Sachen über des Droſtes Falckenberg Lehn Guth Schönfeld, ex his rationibus: dieweil aber noch verſchiedene Creditores voriger Beſitzer des Guths Schönfeld, derer von Reſtorff, ſich gefunden, denen beſagtes Guth verpfändet geweſen, und welche Poſten jetziger Poſſeſſor und Debitor bey Erkauffung des Guths in partem pretii mit übernommen, ſolchergeſtalt von ſeinen nachher contrahirten Schulden zu ſepariren, (Brunn. de proc. conc. cred. cap. V. §. 13. nennet es quaſi-ſeparationem) und nach Ordnung der Zeit zu bezahlen ſeyn, daſs ſie auch mercedi famulorum und beym Todes-Fall des Schuldeners denen Leich-Koſten vorzuziehen, ſo hat man ſich billig darnach gerichtet. Et porro d. 10. April. 1731. im Reſtorff-Möderitzſchen concurs ex hac ratione: Indem vvas die Reſtorffſche Wittvve vvegen ihres Braut-Schatzes ante omnes vor eine prærogativ begehret, dahero vvegfällt,

vveil ſie ſolche nur contra mariti creditores, nicht aber vvider diejenigen ſo bey denen vorigen Beſitzern die Hypothec auf des Schuldeners Grund-Stücken gehabt, und erlanget, und per novationem den debitorem communem pro ſuo nicht expreſſe angenommen, urgiren kan. Et hoc jus quaſi ſeparationis poſt elapſum quinquennium jure communi adhuc locum habere teſtantur *STRUV. in S. J. C. Ex. XLIV. Th. 65. ibique MULLER in not. lit.* β *MARTINI in comment. ad Proc. Tit. XLI. §. 3. num. 56. HAHN ad Weſenb. T. ff. d. ſeparat. n* 4. *STRYK de act. For. Inveſt. ſect. IV. membr. 5. num.* 103. *& RICHTER de jure & privil. Credit. Diſſ. II. in f.* ubi præjudicium, verbis: ſprechen vvir vor Recht; Obgleich die creditores patris auf ihre Unterpfände, des Vaters Güther, nicht geklaget haben, jedoch vvoferne nicht zu ervveiſen, daſs eine novatio geſchehen, oder die Creditores dem Sohn es geliehen, ſo iſt denen Gläubigern an den väterlichen Güthern, der præſcriptionis quinquennii ohngeachtet, ſich zu erhohlen unbenommen; De quo in Megapoli noſtra juxta mentem Sereniſſimi legislatoris eo minus dubitandum, cum quod majus eſt, per d. conſt. Megap. de 19. Jan. 1646. reſtrictio beneficii ſeparationis, etiam quoad chirographarios paternos contra jus commune fuerit ſublata.

## §. XVI.

*Singularia in Megapoli circa prioritatem creditorum habito reſpectu: 1) ad communes ſumtus concurſus creditorum.*

Sumtus in communem creditorum utilitatem erogati, quibus etiam ſalarium Curatoris bonorum & communis actoris deprehenditur, in ſententia prioritatis ante omnes creditores locantur per *L. 8. ff. Depoſit. BRUNN. de proc. Concurſ. Credit. Cap. V. §. 5. MEV. Part. III. Dec.* 353. *& Part. IX. Dec.* 28. Inque eo differt praxis noſtra Megapolitana à Saxonica, Brunſvicenſi quæ excipit tamen mercedes famulorum, & Regia Neomarchica de 1723. §. 130. Nam juxta has ejusmodi impenſæ cuilibet creditori

ditori pro rata, i. e. pro quantitate crediti detrahuntur, LVD. *c. l. cap. X. §. II. MARTINI ad Proc. 5. Tit. XLII n. 31. in f.* Juxta illam ſalarium advocati, communem creditorum cauſam agentis, & quæ in totum proceſſum, inque utilitatem omnium creditorum erogata ſunt, omnibus præponuntur creditis & generaliter ex corpore bonorum decerpuntur. TORNOV. *c. l. p. I. cap. 3. ſect VI. §. 8. p. 670, ubi p.* 671. præjudicia addit. Quodſi ergo ab extraneis JCtis in contrarium pronunciatum ſit, pro nullitate inſanabili id reputatur, & ad nudam actoris communis imploratIonem ſine ullis ambagibus a Judicio ſtatim corrigitur. Nec diu eſt, quod JCti Jenenſis in concurſu Falckenbergico ſententiam claſſificatoriam concepiſſent, atque juxta extranea principia expenſas ſingulis creditoribus ferendas adſcripſiſſent; ſed correxit Cancellaria noſtra Sverinenſis ſapientiſſime ſententiam judicavitque, daſs die Concurſſ-Koſten voraus zu bezahlen, und den Creditoribus, die das ihrige erhalten, pro rata nicht zu kürtzen, prouti hoc notavit LEYSERVS *in Medit. ad ff. vol. VII. ſpec.* 481. *Medit. V.* Idem caſus adhuc nuperrime obvenit in cauſa des Burgermeiſters Heinowen creditorum zu Sverin, ubi Cancellaria, quæ ibidem floret, d. 9. Jun. 1731. ſequentem in modum pronunciavit: Dann auch die Landesübliche und beſtändige Obſervance mit ſich bringet, daſs die zum gemeinſchafftlichen Nutzen der Creditorum, und Beförderung des Concurſus erförderliche und angewandte ſumtus nicht von denjenigen, welche nach erfolgter Diſtribution ihr Capital und Zinſen empfangen, pro rata beygetragen, ſondern von der gantzen Maſſa vorhero abgezogen, und denjenigen, der ſolche verwandt, und vorgeſchoſſen, bezahlet werden, und bey ſolcher Obſervance es allerdings ſein verbleiben hat; ſo wird die in dieſer Concurſſ-Sache von der Juriſten Facultät zu Halle abgefaſſte und am 5. April. 1731. publi-

cirte

cirte Priorität-Urthel, dahin declariret, daſs wann zuförderſt die auf den Concurſſ-Proceſſ überall verwandte Unkoſten vergnüget und bezahlet, in der Priorität-Urthel, nach Maſſgebung obgedachter Conſtitution die Zinſen vollenkommen an den Ort, wo das Capital ſich findet, zu claſſificiren ſeyn.

## §. XVII.

Aliud dicendum de ſumtibus a quolibet Creditore pro ſuo intereſſe ſpecialiter erogatis, quippe qui in ſententia prioritatis non adjudicantur, & quoties contra obſervantiam ab Extraneis JCtis hoc factum, ſententia quoad paſſum concernentem a Cancellariis noſtris, etiam ex officio, nec interpoſito ullo remedio ſuſpenſivo, reformatur. Ita factum & judicatum a Cancellaria Sverinenſi, quæ ſententiam prioritatis in cauſa Regiſtratoris Delius Creditorum a facultate juridica Giſſenſi d. 22. Febr. 1732. conceptam, ex officio correxit, & creditoribus ſumtus a No. 5. usque ad 12. contra obſervantiam adjudicatos tacite prætereundo denegavit in ſententia diſtributionis d. 29. Octobr. 1734.

*2) ad ſumtus a quolibet creditore pro ſuo intereſſe ſpecialiter erogatos.*

## §. XVIII.

Singularia jam dicta excipit novum ratione tributi, vulgo des Schoſſes, ceu oneris fundo inhærentis, quod inter creditores ſingulariter privilegiatos collocatur, ideoque piis corporibus omnino præfertur, per Reſolut. ad Grav. der Meckl. Ritter und Landſchafft d. anno 170', ibique ad Grav. ſpecialiſſ. Sverin. V. verbis: wegen der Stadt Parchim geklagten Præferentz in puncto des Stadt-Schoſſes halten Ihro Hochfürſtl. Durchl. gantz billig und recht, daſs der Stadt-Schoſſ zu præferiren, darüm denn die Eccleſiaſtici, (wegen der Oeconomeyen und geiſtlichen Schulden,) demſelben nachzuſetzen, hiemit und in Krafft dieſes angewieſen werden.

*3) ad tributum, vulgo den Schoſſ.*

## § XIX.

*4) ad pia corpora.*

Creditores primæ claſſis proxime ſequuntur pia corpora, quippe quæ privilegiatis Creditoribus, omnibus hypothecariis præferendis, in ſententia prioritatis poſtponuntur, ideoque primum locum ante omnes hypothecarios, expreſſam vel tacitam, generalem vel ſpecialem, ex conventione vel judiciali immiſſione acquiſitam, publicam vel privatam hypothecam habentes, obtinent, per ſpecialem conſtit. Megap. d. d. Sverin d. 6 Febr. 1644. Et hoc privilegium piis corporibus indiſtincte competit, licet vel maxime ſuper debito ſcriptura haud ſit confecta, per verba expreſſa citatæ conſtitutionis pragmaticæ, ibi: es ſeyn darüber Verſchreibungen aufgerichtet oder nicht, nur daſs ſie ſonſten richtig und liquid ſeyn. Equidem hoc limitare voluit Sereniſſimus legislator, in Reſolut. ad Grav. der Mecklenb. Ritter- und Landſchafft d. d. Sternberg d. 1. Sept. 1655. verbis: beym 5ten laſſen es Ihro Fürſtl. Fürſtl. G. G. bey ihrer vorigen Reſolution bewenden; Erklähren ſich aber ſo viel die Hoſpitalien, Oeconomien, Kirchen und Schulen und deren Prioritæt anbelanget, dabey gnädigſt dahin, daſs, wann dieſelbe des Vermögens ſeyn, daſs ſie ihre Kirchen, Schulen und Hoſpitalien in baulichen Weſen erhalten, und deren Kirchen- und Schul-Diener mit nothdürfftigen verordneten Unterhalt verſehen und erhalten können, alsdann dieſelbe armen Wittwen und Wayſen, und andern nothleidenden Creditoribus nicht præferiret, ſondern nur nach Anleitung gemeiner beſchribenen Rechte in denen Urtheilen geſetzet und geachtet werden ſollen. Attamen praxis hanc limitationem nunquam recepit.

## §. XX.

Poſitis itaque terminis habilibus, jam quæritur: utrum in Megapoli pia Corpora etiam hypothecæ conſenſuatæ & doti præferantur? Id quod affirmatur ex ſequentibus

*Quæ & doti præferuntur.*

tibus rationibus, a) quia pius zelus, conſervandi pia corpora, qui conſpicitur ex prooemio dictæ conſtitutionis pragmaticæ his verbis: daſs GOtt zu Ehren, und zu möglichſter wieder-Einricht-und Erhaltung der Kirchen und Schulen, Oeconomeyen, Hoſpitalien, und Armen-Häuſer, dieſe Verordnung gemachet ſey, habetur pro ratione generali, quæ docet Sereniſſimi legislatoris mentem, ut omnibus, etiam privilegiatis quibuscunque, potiora ſint, pia loca, *MEV. P. IX. Dec.* 200. *n.* 5. *TORNOV. c. l. Part I. Cap.* 3. *Sect. VI.* §. 10. *p.* 681. *LUDOV. d. l. Cap. X.* §. 57. b) docent verba diſpoſitiva hujus legis provincialis: daſs die pia corpora geſtracks denjenigen privilegiatis creditoribus, welche allen hypothecariis præferiret, in denen urtheilen ſollen nachgeſetzet werden, &c. Pia corpora creditoribus primæ claſſis mox poſtponi, ideoque omnibus hypothecariis etiam privilegiatis, quorum numero dos & credita ad ædificandum vel reficiendum continentur, præferri debere. Nam utraque hæc credita nullo alio jure prælationis gaudent, quam quod hypothecariis in tertia, præferantur. Jam vero in dicta conſtitutione pragmatica ſancitum eſt, quod pia corpora generaliter omnes alios hypothecarios abſque diſcrimine, utrum præferentiam præ aliis nudis hypothecariis habeant, nec ne, antecedant, id quod colligitur ex ſequentibus dictæ ſæpius conſtitutionis verbis, ibi: daſs denen piis corporibus die erſte ſtelle vor NB. allen hypothecariis, ſie haben eine expreſſam, oder NB. tacitam, generalem vel ſpecialem, ex conventione vel judiciali immiſſione acquiſitam, publicam vel privatam hypothecam, attribuiret und zugeeignet werden ſolle, ubi prius generaliter omnium hypothecariorum, deinde vero ſpeciatim eorum mentio fit, qui tacitam hypothecam habent. Quum ergo dos & creditum ad ædificandum, vel reficiendum, creditoribus tacitam hypothecam habentibus annumerentur, *LAU-*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058452540-10

*TERB. Comp. ad T. ff. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. tacite contrah.* Sua ſponte ſequitur, quod pia corpora hujusmodi tacitis hypothecis dotis & crediti ad ædificationem, vel refectionem, ſecundum prædictam conſtitutionem, præferenda ſint. Nam quod de genere prædicatur, etiam prædicatur de ſpecie, & ſemper ſpecialia inſunt generalibus, per L, 147. ff. de R. J. c) circa interpretationem ſtatutorum argumentum ab obſervantia ac moribus vicinorum locorum deſumitur, ideoque jura Pomeraniæ ex Mecklenburgicis, & vic verſa, ob iſtorum convenientiam recte explicantur, uti ſupra jam diximus §. IX, quod maxime procedit, ſi in vicinis locis ſimile ſtatutum adſit, *MEV. Conſ. LXV. N.* 123., *MENOCH. Conſ.* 345. *n.* 9. Jam vero in Pomerania adeſt ſpecialis conſtitutio ſequentis tenoris: daſs die pia corpora allen hypothecariis tam publicam, quam privatam, tam generalem, quam ſpecialem hypothecam habentibus, auch NB dem doti, deſſen Verbeſſerung, und ſämtlichen eingebrachten der Adel- und Bürger-Frauen und Wittwen præferiret und vorgezogen werden ſollen, referente illam conſtitutionem Pomeraniæ *MEVIO Pars IX. Dec.* 200. *n.* 3. in notis, quam JCtus patrius TORNOVIUS *d. l. Part. I. Cap.* 3. *Sect. VI.* §. 10. *p.* 679. & 691. ſimilem noſtræ conſtitutioni vocat, cum annexo, quod juxta fori noſtri ſtylum & obſervantiam creditores jure ſeparationis alios præcedentes, vel alios ſingulariter præ hypothecariis privilegiatos, proxime ſequantur pia corpora.

## §. XXI.

*Id quod teſtantur præjudicia.*

Et hoc variis præjudiciis in ſummis dicaſteriis patriæ latis corroboratur, in quibus pia corpora ſtatim poſt Creditores jure ſeparationis gaudentes, imo mox poſt ſumtus concurſui impenſos locata ſunt. Cui accedit, quod ipſemet TORNOV. tanquam Aſſeſſor Dicaſterii Provincialis Megapolitani, jurium Patriæ non ignarus, pia Corpora debitis

tis feudalibus conſenſuatis, hæc vero iterum tacitæ hypothecæ, quam habet uxor intuitu dotis, præferat, ex ratione illa huc apprime faciente, quod ſub verborum generalitate, quæ in conſtitutione ſæpius allegatur, hypothecæ conſenſu principis munitæ præferentia præ aliis quibuscunque hypothecis tribuatur, & ſub his quoque dos vel hypotheca in favorem illius a legibus conſtituta dubio procul comprehendatur, IDEM *d. l.* §. 11. *p.* 683. Sicuti ergo hæc interpretatio conſtitutionis provincialis rectiſſime deſumitur ex præjudiciis tempori promulgationis proximis, ita etiam ipſam rem non parum illuſtrat ſententia prioritatis, quam habet *TORNOV. P. I. C.* 3. *ſect. II.* §. 17. p. 456. *ſeqq.* in Concurs-Sachen ſeel. Günthers Paſſovven Creditoren de Anno 1670. in qua pia corpora mox poſt expenſas funebres ſub No. 5. & quod magis, in ſententia prioritatis a ſummo legiſlatore dictæ conſtit. de piis corporibus Duce Adolpho Friederico p. m. a Facultate Jenenſi requiſita, quam exhibet RICHTER *de jure & privil. credit. Diſſ. V. p.* 123. inter creditores primæ claſſis ſunt collocata. Unde facile patet, qualem locum Sereniſſimus legiſlator in conſtitutione hac paucos poſt annos publicata piis corporibus tribuere voluerit. Id quod pariter elucеſcit, ex præjudicio non multo poſt publicationem conſtitutionis Anno 1649. ſubſequuto, quod habet *TORNOV. d. l. ſect. VI.* §. 10. *p.* 682. Eodemque modo pronunciatum Anno 1671. in Concurſ-Sachen ſeel. Obriſt Hans von Engel zu Gevezin, und dem deſsfals publicirten Diſtributions-Abſchied, ubi pia corpora ſub N. 3. 4. 5. dos vero ſub No. 6. & credita ad ædificandum ſub No. 23. ſunt locata. Item Anno 1684. in Concurſs-Sachen des Obriſten Jochim von Engeln zu Groſſen Helle, und dem ſolchervvegen publicirten Diſtributions-Abſchied ubi pia corpora ſub No. 9. uſque ad 15. incluſive, ac liberi prioris matrimonii ratione dotis, ſub No. 16. liberi vero poſterioris matrimonii ſub

 No.

No. 17. locum tenuere. Omnibus vero prædictis præju-
diciis maximum pondus addit ſententia prioritatis, quam
circa ſucceſſionem Ducatus Guſtrovienſis 4. JCti patrii ſub
dato Roſtoch. d. 19. Nov. 1703. pronunciarunt, hujus ſen-
ſus, daſs gleich nach denjenigen Creditoribus, vvelche ein
privilegium prælationis ſpeciale haben, und zur 1ſten
Claſſe gehören, in der 2ten Claſſe unter denen, vvelche
cum hypotheca zugleich ein privilegium haben, nach der
beſondern Landes-Conſtitution Ducis Adolphi Friederici
p. m. ſub dato Sverin d. 6. Febr. 1646. primo loco ge-
ſetzet vverden alle Geiſtlichen, Oeconomien und Kir-
chen-Schulden. Id quod præjudicium, ut vocant, cardi-
nale, in rationibus decidendi adhuc magis enucleatur,
verbis: welchen allen beyſtimmet, der bisher in Mecklen-
burg geltende Gerichts-Brauch, und deſsfals übliche Pra-
xis, krafft deren, die Kirchen, aliaque pia corpora imme-
diate ſubjiciuntur ſimpliciter privilegiis &c. Quæ ſenten-
tia in conſpectu principis & ſummi legislatoris, imo totius
imperii lata, facit legem non ſolum illi cauſæ, de qua pro-
ducta eſt, ſed et omnibus ſimilibus per *L. 12. C. de LL bus.*
defendit quoque hanc ſententiam *B. D.* BURMEISTER *in*
*Diſſ. inaugur. de diverſo hypothecarum jure in Megapoli, Roſto-*
*chii d. 21. May* 1733. *ſub Præſidio* CARMONIANO, *habita, §. 22.*
*ſqq.* cujus argumentis inſiſtere, eisque unum alterum
que addere, eo magis neceſſe duxi, quo magis hæc ſen-
tentia ab aliis in dubium vocatur, per verba dictæ con-
ſtitutionis pragmaticæ: geſtracks denenjenigen privile-
giatis creditoribus, welche allen hypothecariis præfe-
riret, und vorgezogen werden, in den Urtheln und Be-
ſcheiden NB. nach geſetzet werden. Quænam autem
Sereniſſimo legislatori in ferenda hac lege fuerit mens
atque propoſitum, a nobis ſupra jam demonſtratum.
Quod in principatu Razeburgenſi pia corpora hac lege non
fruantur, Dn. Præſes obſervavit ex actis, quæ ſimul dede-
re copiam Conſt. renovatæ a Seren. Duce Meckl. Steliz.
Anno 1722.

§. XXII.

## §. XXII.

Hoc ſaltem reſtat dubium, an privilegium hocce piis corporibus datum, etiam ad monaſteria extendi queat? negant hoc alii, quum privilegia ſtricte ſint interpretanda, nec ea ad alia debeant extendi, quam ad ea quæ continentur in iis: Quod enim contra rationem juris eſt receptum, non eſt producendum ad conſequentias, *L. 14. ff. de LL.* præprimis quum Sereniſſimus legiſlator omnia pia corpora, quibus hoc privilegium datum vult, nominatim recenſeat, verbis: die Kirchen, Schulen, Oeconomien, Hoſpitalien, und Armen-Haüſer; nec in ordinatione conſiſtoriali Megapolitana Tit IX, plurium, ſed eorundem tantum mentio fiat: Addunt, monaſteria ita hodie in Megapoli eſſe comparata, ut piorum corporum nomen non quadret Affirmativam tamen ſententiam, quam etiam tuetur HOMBORG *in Conſiliis ſive Reſponſis Helmſtadienſibus, Reſp.* 342 *n.* 13. ceu meliorem in praxi noſtra Megapol. merito ſequimur. Sic in Cancellaria Sverin. An. 1727 d. 15. Oct. in cauſa des Hauptmanns von Beeren, in ſententia prioratis, Proviſores und Beambte des Cloſters zu Dobbertin ſub No. 5. item Proviſores und Beambte des Cloſters zu Malchow ſub No. 6; & porro in ſententia prioritatis der Land-Räthin von Drieberg Creditorum anno 1734. d. 8ten Januarii publicata das Cloſter zu Ribnitz ſub No. 2. locum tenuerunt.

*A quibus nec monaſtaria excluduntur*

## §. XXIII.

Hiſce ſuppoſitis, pia corpora ſequitur hypotheca conſenſuata, h. e. conſenſu principis munita, per conſtitut: Megap. d. 6 Febr. 1644, ibi: daſs in allen Concurs- und Priorität-Sachen aller Kirchen und Schulen, Oeconomien, Hoſpitalien oder ihrer beſtalter Verwalter und Vorſteher ihrentvvegen liquidirte Forderungen &c. geſtracks denjenigen privilegiatis creditoribus, vvelche allen hypothecariis præferiret und vorgezogen vverden, in denen Ur-

5) *ſingularia habito reſpectu ad hypothecam conſenſuatam.*

Urtheln und Beſcheiden nachgeſetzet, und alſo die nechſte und NB. erſte Stelle vor allen hypothecariis &c. denſelben attribuiret und zugeeignet vverden ſolle, als vvird daſſelbe denen Urthels-Faſſern zu deren Nachricht hiemit notificiret und angefüget, immaſſen auch gleichfals dieſelben in guter Obacht zu haben, hiemit erinnert vverden, daſs diejenigen Creditores, ſo Fürſtl. Conſenſe über ihre, vel ex conventione, vel ex judiciali immiſſione adquiſitas hypothecas haben, unter ſich zvvar ex prioritate acquiſiti conſenſus æſtimiret, ſonſten aber allen andern hypothecariis, etiam anteriores hypothecas, ſive tacitas, ſive expreſſas, ſive generales, ſive ſpeciales, ſive ex conventione, ſive ex judiciali immiſſione acquiſitas, habentibus, præferiret und vorgezogen vverden. Id quod non ſolum in allodiis ſed etiam in feudis obtinet, per verba conſtitutionis noſtræ generalia, teſte TORNOV. *Part. I. C. 3. ſect. VI.* §. 11. & hoc modo quoque pronunciatum in ſententia Diſtributionis circa ſucceſſionem Ducatus Guſtrov. d. 19. Nov. 1703. publicata, habita inſimul ratione prioritatis acquiſiti conſenſus inter creditores qui conſenſuatam hypothecam habuerunt, per verba conſtitutionis jam citatæ; Unter ſich zvvar ex prioritate acquiſiti conſenſus æſtimiret, &c,

## §. XXIV.

6) *ad dotem.* Denique hypothecam conſenſuatam ſequitur dos, quippe quæ præfertur omnibus creditoribus hypothecariis & chirographariis, prioribus & poſterioribus, tam expreſſam, quam tacitam hypothecam habentibus, per textum generalem, in *L. aſſiduis, C. qui pot. in pign.* A: licet reſpectu hujus dotis, ejuſque præferentiæ magnus fuerit conflictus inter veteres & recentiones DDres, quid, quod inter ipſos etiam Cameraliſtas, ut adeo ipſe Gailius hoc caſu a Mynſingero diſſentiat, nihilominus tamen praxis Meg politana Mynſingeri ſententiam agnovit, quam non

ſolum

ſolum in Germania communiorem, & in foro & curiis re-
ceptiorem, ſed & juri magis conſentaneam vocat *COTHM.* *Vol.* 3. *Conſil. XXI. n.* 20. *add. BRVNN. cit. loc. Cap. V.* §. 27. *CHEMNITZ. de privileg. Credit.* §. 129. *ad ſtruv. Ex. XLIV. aph.* 49. *Lit. C. in f. MEV. Part. IV. Dec.* 178. *n* 1. Hæc tamen, quæ jam jam diximus, de dote mulieris, ejuſque privilegio limitanda ſunt in ſponſa, quæ privilegium ſaltem perſonale habet, adeoque in 4ta Claſſe collocatur, quando dotem ſponſo ad inſtruendam oeconomiam vel negotiationem prænumeraverit, hic vero ante copulam ſacerdotalem bonis ceſſerit, vel diem obierit ſupremum *per L.* 74. *ff. de jure dotium*. ac licet obſtare videantur *L.* 17. §. 18. *& L.* 10. *pr. ff. de Reb. auct. jud. poſſid.* ubi ſponſæ, reſpectu dotis ſponſo prænumeratæ, privilegium tribuitur; notum tamen omnibus eſt, quam quod notiſſimum, leges generaliter loquentes ex aliis legibus ſpecialibus, & ſic quoque in præſenti caſu leges haſce obſtantes ex *dict. L.* 74. *ff. de jure dotium* explicandas eſſe, prouti jam olim rectiſſime obſervavit LVDOV. d. l. Cap. X. §. 62.

## §. XXV.

*Singularia Meckl. circa Repetitionem dotis.*

Priusquam vero dimittam materiam de dote ejuſque jure notari adhuc merentur ſequentes quæſtiones: 1) an uxor amittat privilegium dotis, ſi ejus culpa maritus ad inopiam pervenerit? Id quod affirmatur in *ordin. Dicaſt. Prov. Megapol. Part. II. Tit. ult.* §. 1. darunter dann auch der Falliten Ehe-Weiber, ſo ihrer Männer Umſchläge verrichten, ſelbſt mit zehren, banquetiren, und in aller Uppigkeit und Hoffart und Pracht Leben, und alſo ihrer Ehe-Männer und deren Creditoren und Bürgen Ungelegenheit, Schaden und Abnehmen ſelbſt mit veruhrſachen, und deſſen überwieſen werden, zugleich mit ſollen verſtanden werden. 2) quæritur, utrum jus retentionis, quod doti præter jus prælationis attributum, etiam ad bona paraphernalia extendi

tendi queat? quod negatur per verba *ordinat. dicaſt. prov. Megap. cit. loc.* §. 6. und ehe und zuvor ſie des Braut-Schatzes contentiret, der Güther nicht höher, denn ſo viel die jährliche Zinſen von ſolchen Braut-Schatz austragen, zu genieſſen, wegen der Paraphernal Güther aber ſich des juris retentionis nicht anzumaſſen haben, ſondern ad concurſum creditorum verwieſen werden, und wann ſie alſo wegen des Braut-Schatzes contentiret, ſo ſoll ſie alſobald nnd ohne einigen Verzug die Güther räumen &c. Porro quæritur 3) utrum illatio dotis realis, quæ in dicta *ordinatione dicaſt. Provinc. Megapol. d. l.* deſideratur, verbis: ſondern allein ihren eingebrachten Braut-Schatz, daferne ſie zufoderſt beweislich und wie Recht, genugſam darthut, daſs derſelbe realiter numeriret, zu fodern, ſola ſufficiat, an vero præter hanc adhuc verſio in rem ſive feudum deſideretur? Quoad allodia ſola illatio ſufficit, quoad feuda autem diſtinguit *TORNOV Part. I. Cap.* 3. *ſect. II.* §. 23. *p.* 477. *ſqq.* utrum cum creditoribus mariti obærati, vel cum Domino, ſeu agnatis, ratione dotis ex feudo reſtituendæ agatur? Illo caſu ſolam realem illationem ſufficere, hoc vero inſuper probandum, dotem in feudum quoque eſſe verſam, cenſet. Sed num probata illatione verſio in feudum præſumitur? affirmativam ſententiam defendit STRYK, E. J. F. *Cap.* 22. *Quæſt. II.* quoad filium in feudo ſuccedentem, non vero quoad agnatos, cujus ſequentem ſubjungit rationem, in *Tr. de S. A. J. Diſſ.* 4. *Cap.* 2. §. 11. quia ſatis jam gravantur agnati, quod dotalitium viduæ concedere teneantur, quum nullum jus a marito habeant, ſed ſuo jure in feudo ſuccedant, quorſum ſpectat art. 8 Tit. 12. des Project. M. L. R. verbis: es wäre denn, daſs die Frau conjunctim beweiſen könte, daſs ihr Braut-Schatz würcklich eingebracht, und ins Lehn verwandt wäre; Nihilominus tamen STRYK *cit. Qu.* 11. *cap.* 21. *E. J. F.* priorem ſententiam etiam quoad agnatos in

praxi

praxi eſſe receptiorem cum allegatis Mevio & Brunnemanno fatetur. Sicuti enim Præjudicata, quæ ex jure domeſtico non ſemper occurrunt, ex jure vicino mutuamur; Ita etiam, lege nobis deficiente, tuto recurrimus ad *concluſ.* 4. *Pomeran. Tit.* 6. quod nonſolum idem habet, ſed & *MEV. Part. II. Dec.* 224. *n.* 7. teſtatur, permulta exempla, quoad hanc praxin judiciorum Pomeraniæ, ſe obſervaſſe, quod a viduis, quum lucra nuptialia petant, nihil ultra illationem dotis exigatur probandum; Et in Diſp. *STRYK. de vidua Nobili Marchica Cap. III. n.* 27. Subſequens allegatur præjudicatum cameræ Berolinenſis, ſub dato 12. Jun. Anno 1613. in cauſa Joachim von Hunecken, contra Mariam von Scaplau, Melchior von Huneckens Wittwe, daſs die 5000. Reichsthal. Ehe-Geld, weilen ſie würklich eingebracht ſind, nach Rechts-Vermuthung ins Lehn verwandt worden, es könte den Hunecke; wie Rechtens, erweiſen, daſs ſie nicht ins Lehn verwandt, ſondern auf Zinſen ausgethan worden. Huic ſententiæ communiori uſu fori fundatæ accedit etiam *Nota ad art.* 27. *Tit.* 12. *des Project. M. L. R.* verb. Wenn nur ervveiſslich, daſs die Frau ihrem Mann den Braut-Schatz vvürcklich zugebracht, obſchon nicht eben zu bevveiſen ſtünde, daſs der Braudt-Schatz in die Lehn-Güther vervvendet vvorden. Legatur omnino *TORN. Part.* 1. *cap.* 3. *ſect. II.* §. 23. *p.* 478. qui tamen in fine allegati §. fluctuare & tantum non in plane contrariam ſententiam inclinare videtur.

## §. XXVI.

Denique 4. quæritur utrum privilegium prælationis, quod doti competit, ad lucrum dotis etiam ſit extendendum? affirmativam de jure communi Dn. D. STRUVE tuetur, *in Diſſ. Jur. German. de lucro dotis, ejuſque privilegio in concurſu creditorum, d.* 4. *Sept.* 1726. *Kilonii habita, Th.* 23. *uſque ad* 26. *ubi Th.* 27. limitationem ſubjicit, ex jure Patrio, *per ordin. dicaſt. prov. Megap. Part. II. Tit. ult.* §. 6. ibi, daſs

des Schuldeners Hauſs-Frau der Land-üblichen Beſſe-
rung nicht zu genieſſen, ſondern allein ihren eingebrach-
ten Braut-Schatz &c. zu fodern habe. Hæc ordinatio pro-
cul dubio nititur iiſdem rationibus, quas *MEV. Part. II.*
*Dec.* 228. *& Part. VII Dec.* 129. adduxit, quod ſc. ex privi-
legio & conſuetudine, quæ ſtricti juris ſunt, & ſtrictiſſime
accipienda, res iſta deſcendat, prætereaque illa lucra do-
tium ſint odioſa, maxime ubi cum creditoribus contendi-
tur, qui de damno vitando certant, adeoque antehabendi
ſunt, de lucro captando certantibus, cui ſententiæ accedit,
*TORNOV. Part. I. Cap.* 3. *ſect. II* §. 36. & inprimis art. 40.
des Project. M. L. R. verb Trüge es ſich zu, daſs der Lehn-
Mann bey ſeinen Lebens-Zeiten von wegen der Schulden-
Laſt ſeine Lehn-Güter denen creditoren NB. abtreten oder
verkauffen müſte, ſo hat die Frau allein ihren Braut-
Schatz zu fodern, und iſt zu dem Leib-Gedinge oder Ver-
beſſerung nicht berechtiget. Notanda itaque veniunt
verba: bey ſeinen Lebens-Zeiten, ex quibus alii colli-
gunt, uxorem lucrum dotis utique petere poſſe, ſi concur-
ſus poſt obitum mariti excitatus ſit, quia ſtatim poſt obi-
tum mariti habet jus quæſitum, quo per concurſum po-
ſtea excitatum privari nequit. Sic pronunciatum ex ju-
dicio extraneorum, in cancellaria Sverinenſi, im Reſtorff-
Möderitzſchen concurſu d. 12. Decemb. 1723. verbis: Li-
quidati Wittwe mit 2900. Rthl. an Braut-Schatze &c. Die-
ſelbe mit 1500. Rthr. an verſchriebener Land-üblicher Ver-
beſſerung. Utrumque, nimirum dos & lucrum dotis eo-
dem loco ſub No. 13. fuit claſſificatum. Contrariam ta-
men habet ſententia, quæ fuit publicata in eadem cauſa,
& quidem in reſtitutionis inſtantia d. 10. Apr. 1731. ver-
bis: ſo viel aber der Reſtorffſchen Wittwen Suchen, der
geforderten Laud-üblichen Verbeſſerung halber, betrifft,
hat ſolches bey dieſem Concurſu, da ſie in lucro captando
verſiren will, vor völliger Vergnügung derer geſamten
Gläu-

Gläubiger nicht Statt. Hæc ultima tamen ſententia effectu fuit deſtituta, quia Liquidati vidua jam ante publicationem cum creditoribus tranſegerat. In hac itaque ſententiarum diſcrepantia audiamus optimum judicem atque interpretem *COTHMANNUM Vol. II. Reſp.* 92. *n.* 28. *ſeqq* verbis: Sane ſi tantum eſſet in hæreditate defuncti, ut creditoribus ſingulis ſatisfieri poſſet, nulla foret dubitatio, quin conjugi quoque id, quod ei maritus promiſit, præſtandum eſſet, cum donationes inter conjuges factæ ex morte donatoris mariti robur accipiant & valeant. Verum, quia facultates mariti æri alieno exſolvendo non ſufficere proponitur, hunc ordinem ineundum arbitror, ut creditoribus, hypothecam ſive expreſſam ſive tacitam, ſed tamen anteriorem habentibus æs ſuum cum primis ſolvatur, remota tantiſper vidua cum petitione ſua, ſi quid vero ſuperſit, ex eo viduæ ſatisfiet. Nam certi juris eſt, viduam in ſola dote cæteris creditoribus expreſſam vel tacitam hypothecam habentibus anteferri, neque id prælationis jus in donationibus propter nuptias cæterisque lucris uxoris habere. Mynſing. cent. V. obſ 4. ubi teſtatur, ſecundum id in camera Imperiali jus dici & pronunciari. Hactenus Cothman. cit. loc. ubi & n. 30. ſqq. contraria removet.

## §. XXVII.

Circa claſſem tertiam, 4tam & 5tam, in Megapoli nil ſingulare obſervatur. Hinc ulterius progredior ad ſingulare illud, circa materiam uſurarum obveniens, utpote quæ eodem loco cum ſorte locantur, per ſpecialem *Conſtitutionem Megapolit. d. d. Sver. d.* 29. *Jan.* 1646. Dieſemnach wollen I. F. G. alle und jede Priorität-Urthel, ſo nach dieſem dato publiciret werden, darinn die gebührende betagte Land-übliche Zinſen entweder allen Capitalien nachgeſetzet, oder nicht vollenkommen, und nur auf gevviſſe Jahre erkannt, hiemit und in Krafft die- *Singularia circa materiam uſurarum.*

ſes gemeinen Beſcheides', nach den gemeinen beſchrie-
benen Kayſerlichen Rechten, und hieſigen Fürſtlichen
Cantzeley und Hoff-Gerichts jederzeit gehaltenen obſer-
vantz declariret, und demnach alſo und dergeſtalt er-
klähret haben, daſs an vvelchem Ort der Urthel jeman-
den das Capital zuerkandt, an ſelbigen Ort er auch der
darauf rechtmäſſig betagten Zinſen, vollkömmlich bis
zur Zahlung fähig ſeyn, und dahin jederzeit ſothane Ur-
thel von I. F. G. verordneten Cantzler, Directore und
Rähten declariret, und alſo aller Anlaſs, dadurch die
Puncten in Weitläufftigkeit und Unkoſten könten gefüh-
ret vverden, verhütet und abgevvendet vverden ſolle.
Equidem hoc de jure communi extra dubium & con-
troverſiam eſſe videtur, quia hæc ſententia nititur tum
textibus juris, quales ſunt *L. 18. ff. qui potior. pign.* &c.
tum DD. auctoritate, utpote *MEV Part. VIII Dec.* 464. &
plurium aliorum; ſunt tamen alii non minus probatæ
fidei autores, qui contrarium, quod ſcilicet uſuræ poſt
exſolutam demum ſortem omnium creditorum debean-
tur, niſi bona debitoris creditoribus ſufficiant. Et hanc
ſententiam, licet non ſtricto jure, ex æquitate tamen am-
plectendam eſſe autumant, *MEV. in diſcuſſ. Levam. inop.
debit. Cap. IV. Sect. 5. n. 26.* & SCHILTER *Ex. ad ff. XXXV.*
quibus etiam conſonat diſpoſitio juris Saxonici, teſte
CARPZ. *Part. I. conſt. 28. Def.* 161, quam ob æquitatem com-
mendat BRUNN. *ad cit. L. 18. ff. qui pot. in pign.* In hac
itaque ſententiarum diſcrepantia priori accedit conſtit.
noſtra Megap. ſupra adducta, in qua porro ſingulariter
notanda veniunt verba: der darauf rechtmäſsig betag-
ten Zinſe, NB. vollkömmlich biſs zur Zahlung, & paulo
ante in etzlichen nicht vollkommen, oder nur auf gewiſſe
Zeit erkandt worden, ſolches aber nicht allein den gemei-
nen beſchriebenen Kayſerlichen Rechten, und dieſes Lan-
des und Fürſtenthum Gerichts-Herkommen und Obſer-

vantz

vantz zu wider, &c. Hinc quæritur, utrum in concurſibus noſtris uſuræ etiam ultra alterum tantum adjudicentur? Et reſpondetur affirmando, per verba conſtitut. pragmaticæ jam jam citatæ, quibuscum coveniunt præjudicata, quæ habet *TORN. d. l. Part. I. Cap. 3. ſect. VI.* §. 13. *p.* 689. & 690. ac licet idem *p.* 691. præjudicium in contrarium adferat, prioribus tamen inhærendum eſſe cenſeo, quia pro illis ſtant verba prædictæ conſtitutionis: der darauf rechtmäſsig betagten Zinſe, vollkommlich biſs zur Zahlung fähig ſeyn; quæ tamen cum grano ſalis ita capienda eſſe duco, ut NB. *ante motum concurſum, vel priuſquam creditor iſtas judicialiter exegerit, uſuræ nondum ultra alterum tantum currere cœperint.*

## §. XXVIII.

*De diſtributione, ac mediis iſtam non ſolum promovendi, ſed & concurſum creditorum maxima ex parte abbreviandi.*

Non ſufficit proceſſum concurſus rite inſtruere, ſed etiam, quam primum fieri id poteſt, iſtum finire & abbreviare inprimis deſideratur. Ut itaque hoc tanquam pium, quod aliis videtur, deſiderium, eo curatius diſquiratur, non abs re erit, juxta ordinem totius proceſſus concurſus creditorum annotare, quid circa hunc vel iſtum articulum proceſſus abbreviari poſſit. Circa ceſſionem bonorum & edictalem creditorum citationem, de quibus §. III. IV. V. & VI. non eſt, quod detrahi, vel abbreviari queat, dummodo ordinem & ſubſtantiam proceſſus ſervari velis. Dein ſequentem quod attinet liquidationem, §. VII. jam diximus, quod proceſſus liquidationis in Megapoli ſit ſummarius. Hoc unicum forſan addere poſſes, quod proceſſus liquidationis, qui ſeparatus habetur a puncto prioritatis, de quo ſupra §. IX. fuit actum, cum hoc conjungi poſſit. Sic enim *MEV. in comm. ad J. L. Lib. 3. Tit 1. artic. II.* tradit, ad abbreviandum proceſſum liquidationis conjungendum eſſe utrumque punctum liquidationis & prioritatis, & ad utrumque peragendum certum Terminum aſſignandum eſſe ſub pœna præcluſi. Alii tamen hoc juris

ratio-

rationi non convenire putant. Nam aliæ ſunt perſonæ li-
tigantes in puncto liquidationis, aliæ in puncto priorita-
tis. In illo agunt ſinguli creditores cum contradictore, in
hoc agunt creditores inter ſe, quis prior ſit, & nullæ hic
ſunt partes contradictoris, qvum debitoris non interſit, cui
ſolvatur, *SALGAD. de SOMOTZ. in Labyr. cred. P. I. Cap. XVI.
n. 23. ſqq. & L. 2. Cap. IV. n. 57.* Si ergo aliquis creditorum
cauſam alleget, cur prioritatem prætendat, merito aliis fa-
cultas conceditur, iſtam cauſam examinandi, & priorita-
tem impugnandi, quæ praxis merito recepta. Hoc cer-
tum, creditores non poſſe de prioritate diſputare, ante-
quam ſua credita probaverint. Nam ſi non probaverint,
fruſtra de prioritate diſputaretur, *BRVNN. in Pr. conc. cred.
Cap. XIV. §. 1.* Solent quidem advocati nonnunquam in
termino liquidationis prioritatem ſimul allegare, hoc ta-
men effectu caret, ſiquidem hoc non obſtante, finita liqui-
datione, in puncto prioritatis ſeparatim agendum. Nec
eſt, quod cum vulgo, his & ſimilibus modis proceſſum
concurſus protelari, objicias; Nam hoc nemo ſtatuet, qui
proceſſum concurſus creditorum in Megapoli norit, quum
finita liquidatione ſtatim præfigatur terminus ad rotulan-
dum acta, cum injuncto, ut creditores deductiones prio-
ritatis octo dies ante terminum rotulationis adferant. Et
hoc plerumque a creditoribus unico ſaltim ſcripto fieri ſo-
let. Ubi ergo hic prolixitatem proceſſus invenies? Ma-
ximum itaque momentum abbreviandi concurſum credi-
torum potius quærendum eſt circa punctum diſtributio-
nis, de qua Sereniſſimus legislator in conſtitutione noſtra
pragmatica, ſub rubro: Fürſtliche Conſtitutiou, wie mit
dem Concurſ-Proceſs zu verfahren, &c. d. d. 21. Jan. 1646.
ſequentem in modum ſancivit, ibi: aldiweil ſich aber hie-
bey befindet, daſs etzliche Creditores, ſonderlich diejeni-
gen, ſo in der prioritæt-Urthel die förderſten ſeyn, ſich
dieſes Vorzugs misbrauchen, indem ſie nach eröfneter

Prio-

Prioritæt-Urthel das Werck und Sache daher gantz liegen und ſtecken, und daſſelbe zu voller Endſchafft zu befördern ſich wenig angelegen ſeyn laſſen, daſs ſie vermeynen, und in den Gedancken ſtehen, ſie ſeyn ihres Capitals und lauffenden Zinſen, durch oberwehnte J. F. G. Verordnung und Declaration genugſam verſichert; und aber durch ſolche der erſten creditoren Hin- und Nachläſsigkeit, den nachgeſetzten Creditoren, ſo vermöge der Urthel, und der edirten Güter Valeur, tempore publicatæ ſententiæ ihre zuerkandte Pöſte bekommen können, vermittelſt Aufwachſes der Zinſen algemach ihre Pöſten dermaſſen würden verringert werden, daſs ſie endlich gar leer ausgehen würden, ſolches aber der chriſtlichen Billigkeit zuwider, &c. Teſtem itaque habemus Sereniſſimum legislatorem, in noſtra Megapoli, culpam immortalitatis proceſſuum concurſus creditorum, neque penes judicem, neque penes advocatos, ſive communes actores, uti vulgo, minus benevole ſtatui ſolet, ſed penes ipſos creditores eſſe, id quod defendimus contra *Dn. LEYSERUM in Medit. adff. Vol. VII. ſpecim.* 480. 481. & 491. *per totum.*

## §. XXIX.

Audiamus ergo ſummum noſtrum legislatorem, nævos hoc caſu recte intelligentem, ideoque iis ſaluberrimis remediis obvenientem, diſponendo, ac jubendo (1) daſs die ſämtlichen Creditoren, fürnemlich aber diejenigen, ſo in der Ordnung voran ſtehen, und das ihrige bekommen können, NB. innerhalb 12. Wochen a die publicatæ ſententiæ prioritatis, die Taxation der cedirten Güter unnachläſsig befodern ſollen. Fit autem hæc taxatio per Commiſſarios ſecundum ſchema taxæ noſtræ Megapolitanæ, quod habet *TORNOV. c. l. Part. I. Cap.* 3. *Sect. V.* §. 14. *p.* 639. *ſqq.* Quum autem hæc taxa temporibus noſtris non amplius conveniat, optandum foret, ut taxa reditibus prædii magis magiſque conformis, vulgo ein Revenüen-

*1) Per taxationem tempori adſtrictam.*

2) *pariter ac venditionem.*

Taxt publica lege introduceretur, id quod tamen hactenus inter pia deſideria remanet. (2) Taxatione peracta, juxta mentem & voluntatem Sereniſſimi Legislatoris, creditores res ſibi a communi debitore ceſſas vendere debent, per verba: dieſelbe verkauffen &c. item biſs ſie einen Käuffer, darum ſie ſich doch höchlich bemühen ſollen, finden. Reſpectu feudi requiritur emtor, feudi capax, quod & in termino ſubhaſtationis obſervatur; aliud dicendum de termino diſtributionis ſive addictionis in ſolutum, ubi feudorum alias incapaces perſonæ admittuntur, quia jus crediti in feudis noſtris impetratum qualitatem feudalem haud ſapit, ſed allodii indolem penitus retinet, quod adeo in propatulo eſt, ut neminem niſi praxeos noſtræ Megapolitanæ plane ignarum latere poſſit, *TORNOV. c. l. Cap. 3. ſect. I. §. 13. p. 409. & Part. I. Cap. 2. ſect. II. §. 24. p. 207.*

## §. XXX.

*Circa quam in feudis de conſenſu diſputatur.*

Nec ſub nomine Sereniſſimi, qui ſimul feudi dominus eſt, publicata ſententia diſtributionis, ſpecialem conſenſum ſuper mea ex Cancellaria feudali extrahi, neceſſe eſt. Poteſt enim præjudicatis haud paucis probari, ſententias diſtributionis in concurſibus creditorum, abſque clauſula extrahendi deſuper ſpecialis adhuc conſenſus eſſe publicatas. Exempla ſunt in concurſu Churd Paſſowen, Vick Ludewig Lepeln, Caſpar Ulrich Thuen zu Borgfeld, Caſper Raben zu Warien, Joachim Voſſen zu Schwanto, Vick von der Lühen, Obriſt-Lieut. Thomas von der Lippen, Henning Krauſen Wittwe, ſicuti & ejusdem generis plures dantur. Sunt tamen aliæ, quibus dicta clauſula verbis expreſſis eſt annexa. Talis eſt ſententia diſtributionis ſub dato Güſtraw de 22. Febr. anno 1671. in concurſu Jürgen Peccatels creditorum, cujus verba finalia ſunt: Mit Vorbehalt Ihro Hochfürſtl. Durchl. Hohen Landes Obrig- und Gerechtigkeit, auch

in

in allen Dero ſpecial Fürſtlichen Conſenſus. Eodem reſervato clauditur ſententia diſtributionis, ſub datoGüſtrovv d. 20. Nov. 1677., in concurſu Joachim Andreas Zepelinen zu Gutendorff creditorum, referente *TORNOV. Part. I. Cap. III. Sect. VI.* §. 17. *p.* 698. Hoc anſam dedit ſequenti gravamini der Mecklenburgiſchen Ritter- und Landſchafft de anno 1701., quod inter gravamina judicialia XI. ibi: Conſenſe geſuchet werden ſollen von denen, die jure crediti Lehne beſitzen, qvum tamen creditum ſit allodiale quid. Et in additamentis claſſ. VI. grav 12, ibi: daſs den meiſten Diſtributions-Abſcheiden inſeriret, daſs die Creditores, welchen die Güther adjudiciret, ſchuldig ſeyn ſollen über die ihnen adjudicirte pertinentien particulier Fürſtl. Conſens zu bitten. Cui acceſſit reſolutio Sereniſſimi ſequentis tenoris: Ihro Fürſtliche Durchl. verſtatten gnädigſt, und laſſen genug ſeyn, daſs wegen der Güter, ſo per diſtributionem verſchiedenen Creditoribus zugeſchlagen, nun in genere über die geſchehene Diſtribution, nicht aber von einem jedweden Creditore ein particulier Conſens ſeiner Ratæ halber nachgeſuchet werde, wie denn auch Ihro Fürſtl. Durchl. bey Particular-Adjudicationibus die Verordnung in Dero Lehen-Kammer ſtellen wollen, daſs ſonſt gewöhnliche Conſens-Geld, (es möchte dann ſeyn, daſs derjenige, welcher das Adjudicatum erhalten, ſolches an andere wieder veräuſſern wollte) nicht, ſondern nur das Schreib-Geld dafür genommen werden ſolle. Hoc interim certum & JCtis patriis cognitum, quod ſententiis diſtributivis hæc clauſula finalis inſeri ſoleat: Daſs die Creditores ſich nach einen Lehnsfähigen Käuffer umzuſehen haben, teſte *TORNOV. Part.* I. *Cap. III. Sect. I.* §. 13. *p.* 410. Utrum vero creditores propter feuda a debitoribus ceſſa vel in ſolutum data, Dominum directum adire, & ſuper iis inveſtituram petere teneantur, in reſolutionibus ad Grav. der Meckl. Ritter- und Landſchafft de

anno 1701., ibique in addit. Claſſ. VI. Grav. XI, negatur, verbis: ſo beſchvveret auch das Land ſehr, daſs die Creditores, vvelche jure crediti entvveder durch adjudication, oder durch andern rechtmeſſigen Titul Lehn-Güter beſitzen, die Lehn anzunehmen gezvvungen vverden vvollen, da doch ſolches den Rechten und Herkommen zuvvieder; Quod gravamen excepit reſolutio Sereniſſimi, ſequentis tenoris: Ihro Durchl. vviſſen zvvar von keinen Zvvang; Sie laſſen es aber desfals bey denen Gemeinen-und Lehn Rechten.

## § XXXI.

*Diſtinguitur.*

Nobis diſtinguendum videtur, inter jus crediti & feudi, quam diſtinctionem jam olim notavit TORNOV. *Parte poſteriori Cap. IV. Sect. I.* §, 5, *p.* 16 & STRYK *in Diſſ. de Obligat. feudi conſenſu munita, Cap. IV. ubi No.* 27. optime monet, conſenſum Domini directi utique neceſſarium eſſe in datione in ſolutum, quando novus poſſeſſor feudi id ut vaſallus prætendit, ne domino invito vel inſcio novus obtrudatur vaſallus. Hoc enim absque inveſtitura, adeoque ſine novo conſenſu fieri non poſſe in propatulo eſt. Secus eſt, quando id jure crediti novus poſſeſſor tenet, maxime ſi dominus feudi in oppignorationem conſenſerit, quia contracta pignoris obligatione, perinde habetur, ac ſi alienatio jam tum facta eſſet, atque res in eum, cui pignori data eſt, jam antea translata eſſe cenſetur, COTHM. *Volumen III. Conſ.* 23. *No.* 108. *ſeqq.* Hinc dominus feudi conſentiens oppignorationi ſimul conſenſiſſe intelligitur in dationem in ſolutum, quando non ſolvitur creditum, TORNOV. *de l* § 34. *p.* 61. Supra autem dicta de ceſſione bonorum & datione in ſolutum generali limitationem pati videntur in datione in ſolutum ſpeciali. Nam datio hæc in ſolutum ſpecialis eſt ſpecies alienationis voluntariæ, in voluntaria autem feudi alienatione conſenſus domini utique neceſſarius eſt,

TOR-

TORNOV. *c. I. §. 28. p. 51., ſqq.* Et hoc eſt quod legimus, in art. 20. deſs projectirten M. L. R: und ſoll hinführo die Bevvilligung des Lehn-Herrn und der Agnaten ausdrücklich geſuchet und gebehten vverden, und der Lehn Mann, ſo die Lehn Güter alieniret, ſich damit, daſs der Lehn-Herr, oder die Agnaten darin tacite gevvilliget, nicht zu behelffen haben, cui reſpondent Reverſ. de anno 1572. d. 2. Jul. §. 8., verbis: Zum achten, vvollen vvir hinführo keinem von der Ritterſchafft, der zu Ablegung ſeiner Schulden, oder Wendung anderer obliegenden Noht, ſein alt Stamm-Lehn, ſo nicht auf den äuſſerſten Fall der Anvvartung oder Eröffnung ſtünde, verpfänden, verſetzen, oder auch zum Leib-Gedinge vermachen vvolte, unſern Conſens und Will-Brieff vveigern, doch daſs daſſelbe den nächſten Agnaten zuvor angebohten vverde. Hinc eſt, quod in datione in ſolutum ſpeciali a Cancellaria Sverinenſi adhuc nuperrime pronunciatum fuerit in cauſa geſambter Sprengelſchen Creditorum Kläger, contra die Gebrüdere von Sprengeln in puncto debiti, modo dationis in ſolutum der Sprengelſchen Güter, Steder und Niendorff cum pertinentiis d. 14. Jul. 1736., verbis: Was aber die Lehn-Gerechtigkeit der jetzo Creditoribus in ſolutum angegebenen Güter betrifft, haben Creditores deshalb das gehörige bey unſerer Lehns-Cantzeley obliegendermaſſen zu beſorgen.

## §. XXXII.

Quodſi emtor vero plane deficiat, bona, quæ ad concurſum pervenerunt, creditoribus ſecundum taxam ac prioritatem in ſolutum dicantur, per dictam conſtitutionem pragmaticam, ibi: oder da ſie ſo bald keinen Käuffer bekommen können, alsdann diejenigen, welche nach der Prioritæt Urthel und gemachten Taxt, ſo lange, bis ſie einen Käuffer, darum ſie ſich doch, höchlich bemühen

3) *Quid ſi emtor inveniri neque-at.*

mühen ſollen, in ſolutum annehmen, und entvveder durch einen gemeinen Curatorem, oder vvie ſi ſich ſonſten damit können vertragen, vervvalten laſſen, und die Intraden pro rata ihrer Forderung unter ſich theilen und genieſſen, ita tamen ut hoc caſu nulla prioritatis ratio habeatur. Sic enim pronunciatum in dicaſterio Provinciali Megapolitano Anno 1734. d. 29. Jan. in Concurſs-und Prioritet-Sachen des Rahtsvervvandten Braſchen aus Gadebuſch Creditorum, verbis: haben ſie die fallende Penſions-Gelder von nun an zu erheben, und pro rata diſtributionis NB. indiſcriminatim ſonder anzumaſſender einiger Præference unter ſich zuvertheilen. Diſtingvendum autem quoad hanc dationem in ſolutum, utrum bona, quæ in ſolutum offeruntur, omnibus creditoribus ſufficiant, nec ne? Illo caſu opus plane non eſt proceſſu concurſus creditorum, ſed prævia taxatione in caſum deficientis emtoris, bona in ſolutum obiata judiciali auctoritate creditoribus in ſolutum addicuntur; Qui caſus curâ *Dn. Doctoris AMSELN, Senioris*, adhuc nuperrime contigit in cauſa jam memorata der Gebrüdere von Sprengel zu Steder und Niendorff, cujus extat ſubſequens decretum, d. d. Sverin d. 14. Jul. 1736., verbis: Demnach die offerirte Datio in ſolutum, bey geſtriger und heutiger Verhör, inter partes zur völligen Richtigkeit dahin gediehen, daſs klagende Creditores ſelbige vollenkommen acceptiret, &c. als vvird geſtalten Sachen und Umbſtanden nach, dieſe mehr ervvehnte nunmehro in ſovveit zum Stande gebrachte Datio in ſolutum hiemit gerichtlicht beſtätiget und confirmiret. Ubi & hoc ſingulare contigit, quod creditores bona in ſolutum data, absque ulla taxa, pro quanto 37250. thalerorum acceperint, & quod magis, renunciationem taxæ a debitoribus faciendam urſerint. Hoc caſu ſi bona in ſolutum data omnibus creditoribus haud ſufficiant, prævio proceſſu liquidationis & prioritatis, demum ad taxationem & diſtributionem pervenitur, ita ut iſti creditores, welche

nach

nach der Prioritāt- Urthel und gemachten Taxt ihre Bezahlung erhalten können, bona in ſolutum oblata accipiant, donec emtorem invenerint, mandata interim adminiſtratione curatori, & fructibus, qui inde provenerunt, inter ſe diviſis.

## §. XXXIII.

*4) Quid ſi quidam ſint immiſſi, ſed a potioribus excludantur.*

Quo vero concurſus creditorum eo facilius finiatur, nec in fine nova iterum exſurgant dubia, ratione creditorum, qui ante motum concurſum in bonis hiſce poſſeſſionem per ſimplicem immiſſionem aliove modo nacti ſunt, ſaluberrime diſpoſuit Sereniſſimus legislator, verbis: Diejenigen Creditoren aber, ſo, vermöge der Prioritāt- Urthel und gemachten Taxtes, nichts bekommen konnen, diejenige Stücke des Guhts, deren bloſſen Beſitz ſie ſchon hiebevor, und ante- concurſum per ſimplicem immiſſionem, oder ſonſten erlanget, den Prioribus, welchen das Guth in ſolutum zugeſchlagen, (gegen Wieder-Empfahung nothwendiger Meliorationum, ſo zu I. F. G. Cantzeley-Gerichten Moderation, ohne einiger in hoc puncto Moderationis verſtattender Appellation ausgeſtellet ſeyn ſoll) unweigerlich ſub pœna emiſſionis abtretten, und einräumen, und alſo dem Liquidations-Proceſs ſeine Endſchafft geben ſollen. (5) Quod ſi vero nec creditoribus in communione perſiſtere placuerit, iis quoque proviſum eſt in dicta conſtit. pragmatica verbis: oder da ein oder ander in Gemenge zu ſitzen Bedencken haben würde, und das Guth ohne ſonderbarer Depretiirung ſich theilen lieſſe, ſoll ein jeder nach Veranlaſſung der Prioritæt-Urthel, die Wahl haben, vor ſeiner Forderung ſecundum taxam ein Stück vom Guth abſonderlich anzunehmen. De hac feudorum diviſione & quod tam jura communia quam mores noſtri eam admittant, videatur *TORN. P. I. C. 3. ſect. VI. §. 16.* In præmemorata noſtra conſtitutione iſta quoque, ratione feudorum creditoribus in ſolutum addictorum, quidem permittitur

*5) De diviſione feudorum, quidem permiſſa.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058452540-10

titur, ita tamen, ut creditoribus integrum ſit, particulas per diviſionem diſtractas, beneficio oblationis, quod aliis creditoribus poſterioribus contra priores competit, iterum conſolidare, de quo vid. ſæpius dicta conſtitut. verbis ſubſequentibus: Jedoch mit dem Bedinge, daferne die Nachſtehende über kurtz oder lang ihm (dem anteriori Creditori) ſeine Zinſen und beweiſsliche beſtändige Meliorationes baar erlegen, und wegen des Capitals, zeit-vvehrenden Indulti Moratorii, genugſahme Verſicherung thun, nach aufgehobenen Indulto Moratorio, aber auch das Capital baar bezahlen vvürden, er alsdann ſein Antheil dem andern vvieder anvvachſen laſſen, oder auch auf gleiche Maſſe der nachgeſetzten Creditoren (ſo gegen ihm das Juris offerendi ſich gebrauchen vvollen,) Antheil an ſich und ſein Antheil erhandeln ſoll. Quamvis enim feuda in noſtra Megapoli ſint dividua, ita tamen dividantur, ne conditio eorum fiat deterior, quod ita haud fieri, dominorum, qua directum dominium & ſervitia, intereſt. *TORNOV d. l. P. I. Cap.* 3. *Sect. V §.* 16. Hinc eſt, quod ſi pertinentiæ quædam feudales per adjudicationem fuerint diſtractæ, vaſallo debitori particulas illas reluendi facultas competat, id quod etiam conceſſum agnatis in feudo ſuccedentibus, *Dn. GUTZMER in Diſſ. inaug. de adjudicat. ejusque præparat. & effectu in Megap. Theſ.* 35. Idque præcipue pro avertenda feudi dismembratione, quod colligi poteſt, ex reſolutione Sereniſſimi legiſlatoris d. d. 23. May 1651. quam exhibet *TORN. Part. I. Cap.* 3. *ſect. V. §.* 17. *ibi.* wegen der adjudicirten Particulier Lehn-Stücken und Pertinentien laſſen J. J. F. F. G. G. billig bey denen einmahl rechtmäſsig erkandten und effectuirten adjudicationen, ſo viel die Debitores antreffen thut, es allerdings bewenden; alldievveil aber I. F. G. als der Lehn-Herren hohes Intereſſe hierunter

ter mit verſiret, daſs ſie zu Dero unvviederbringlichen Schaden nicht geſtatten können, daſs Dero Lehne dergeſtalt perpetuirlich dismembriret vverden, und verſtümmelt bleiben ſollen, ſo haben &c. Hoc tamen caſu tam debitor ipſe, quam agnatus in feudo ſuccedens debitum ratione ſortis & uſurarum una eum meliorationibus refundere debet, quorſum etiam ſpectat dict. conſtit. Megap. verbis: durch bahre Bezahlung und Erſtattung der Melioration, nach chriſtlicher Taxation freyſtehen ſolle, die adjudicirten Pertinentien zu redimiren, und wieder an das Lehn zu bringen. Cui praxis noſtra conſentanea, quod patet ex præjudicatis, quorum unum ad duxiſſe ſufficiat, quod extat apud *TORNOV. c. l.*, ubi in Judicato ſeel. Henniken Kardorffen nachgelaſſener Erben in das Guth Hertzberg decreto, in fine hæc leguntur verba: daſs der Kläger, wenn die adjudicirten Stücke wieder wolten eingelöſet werden, dieſelbe gegen gnugſahme Verſicherung des Capitals, und baarer Ausführung der Zinſen, und beweiſslichen nohtwendigen Meliorationen wieder abtreten ſolle. Hoc jus etiam dictis conditionibus indultum ſucceſſori ſingulari, qui integrum feudum titulo emtionis adquiſivit, quod patet ex ſupra citata reſolutione, verbis: oder auch denjenigen, ſo das gantze Guht kauffweiſe an ſich erhandeln würde. Pertinentiæ enim tanquam pars totum feudum ſeqvuntur.

## §. XXXIII.

Quodſi vero feudum in terris Mecklenburgicis per ceſſionem bonorum in concurſu creditoribus diſtributum & adjudicatum ſit, Vaſallus omne jus in feudum amittit, & Domino hoc aperitur, per obſervantiam & praxin notoriam, de qua teſtatur *B. D. ZVRNEDDEN in poſit. ex vario jure variis, quas loco Diſſ inaugur. d. 1. Mart. 1712. Roſtochii edidit, poſit. XVII.* Hinc in conſenſu a Sereniſſimo Principe Adolpho Friederico, tunc temporis tutore *Unde ſecus, ſi totum feudum ceſſum.*

Principis Guſtavi Adolphi p. m. in venditionem feudi Lunow de anno 1652. hæc leguntur verba: weiln hoc caſu, da das Guht Lunau per concurſum & addictionem in ſolutum in der Creditoren Hände gerahten, daſſelbe kein Levitzauen Lehn mehr, ſondern ein neues Lehn iſt, &c. Id quod adeo verum, ut nec agnati illud poſtea revocare queant, prouti judicatum in ſententia d. anno 1664. d. 13. Dec.: in cauſa der Blüchern contra Ahlefeld-ten, vvegen des Guhts Groſſen Renſau, verbis: daſs Klägern an den zvvar altväterlichen doch mediante concurſu, durch gerichtliche Adjudication in andere Hände gerahtenen Guht Groſſen-Renſau das Jus retractus nicht competire. Item in cauſa Major Hans Frid. von Zepelinen, da dieſer um Conferirung des Lehns über das Guht Wulffshagen angehalten, ſub dato d. 6. Nov. 1705. weiln das Guht Wulffshagen in würcklichen Concurſs gekommen, und alſo NB. juxta notoriam praxin dadurch ex familia der Zepelinen getreten, er weiter keine Rechts-befugte Anſprache zur Lehns-Folge und gedachtes Guht haben könte.

## §. XXXIV.

*6) De pœnalites protelantium.*

Ut vero 6) ſaluberrima ſummi legislatoris remedia ſupra dicta non ſint inſtar campanæ ſine piſtillo, poenam hanc non iniquam adjecit in dict. conſt. d. 29. Jan. 1646. verbis: daferne ſie und ſonderlich die priores daſſelbe alles in geſetzter Friſt nicht thun noch befördern werden, daſs nach Ablauff ſolches geſetzten Termini niemanden einige Zinſen mehr zugerechnet, noch gut gethan werden ſollen. Quam pœnam, utut in praxi ſit fere ignota, adhuc tamen valere cenſeo, & ſicuti alias officio judicis litium abbreviatio incumbit, ita ei ſub concurſu creditorum eo magis eſt ſtudendum, quo illarum prolixitas & intricatio eſt pernicioſior. *MEV. Part. III. Dec. 86. n. 1. & 2.* (7)

*7) quid ſi quidam appellaverint.*

Ut itaque omnia decenter, nec non ſervato juris ordine

fiant

fiant, Sereniſſimus Legislator in dict. conſt. appellantium quoque rationem habuit, his verbis: Damit aber auch diejenigen, ſo in Hoffnung ein beſſeres Recht zu erlangen von der prioritæt-Urthel appelliret, gedrungen werden mögen, ſo ſoll auf erſteres Anhalten, und darbey übergebene Reformatori-Urthel, (daferne ſelbige in Rem judicatam ergangen, und wieder ſie kein ander Rechts-Mittel vorgenommen worden,) demjenigen, welchem er wird fürgeſetzet werden, innerhalb 6 Wochen unweigerlich cum fructibus a die publicatæ ſententiæ perceptis ihm zu bezahlen, oder auch ihr Antheil an den Gühtern, gegen billige Erſtattung befindlicher Melioration, würcklich abzutreten oder der Emiſsion gewärtig zu ſeyn, ernſtlich anbefohlen und effectuiret werden. Reliqua ſingularia, quæ obveniunt circa materiam appellationis vel reſtitutionis in integrum, jam olim notavit *Dn. D. BERNER, in Diſſ. inaug. de remed. ſuſpenſ. ordin. in Megapoli conſuetis, Roſtochii d. 21. May* 1733. *ſub præſidio* CARMONIANO *habita*, cui ſingularem providentiam, ac diſpoſitionem, quam habet Sereniſſimus Legislator in ſæpius dicta conſtit. d. 29. Jan. 1646. merito jungimus, verbis: Und werden bey dieſem punct die Urthel-Faſſer in appellationis inſtantia hiemit erinnert, hinführo (weiln unterweilen ein widriges bisher geſchehen,) nur über diejenige Pöſte, vvovon appelliret, vel reformando, vel confirmando zu ſprechen, und ſie in eo loco zu ſetzen, da ſie in prima inſtantia billig von Rechtsvvegen hätten geſetzet vverden ſollen, der übrigen Poſt aber, die ſich des remedii appellationis nicht haben gebrauchet, ſondern die Urthel in rem judicatam ergehen laſſen, vorbey zu gehen, und ſuo loco ſtehen zu laſſen.

## §. XXXV.

Ut vero denique (8) ſententias prioritatis inſanabili nullitate laborantes nequidem per remedia appellationis vel

*8) Conſtitutiones ſingulares tranſmiſſis actis ſunt jungendæ.*

vel reſtitutionis in integrum a viribus rei judicatæ ſuſpendere neceſſe ſit, ſed & hoc caſu prolixitatibus proceſſus immortales reddere valentibus præſcindatur, Sereniſſimus noſter legiſlator in ſæpius dicta conſtitutione ultimum hunc modum proceſſum concurſus creditorum abbreviandi adjecit, verbis: Und ſoll forthin zu mehrer Nachricht der Facultæten bey allen Prioritæt-Acten copia dieſer J.F.G. Conſtitution beygeleget vverden, vvelche ſie dann in allen obigen puncten der Gebühr nach ſchon beobachten vverden, oder da ſie gleich über Verhoffen dieſelbe nicht attendiret hätten, ſollen dennoch die eingehohlte Urthel hiernach Krafft dieſes in J.F.G. Nahmen von dem Cantzler, Cantzeley-Directore und Rähten declariret vverden. Præjudicium jam ſupra §. VI adduximus, cui & ſequens addere lubet, quod videre eſt ex actis des Mühlen-Meiſters Cordſen contra ſententiam a Scabinis Lipſienſibus Anno 1725. conceptam, & correctam verbis: daſs der punctus vvegen Retradition der Piſtoriſchen obligation zvviſchen der Wittvven Piſtorius und Hans Schvvartzen Erben bereits gäntzlich decidiret, folglich derſelbe ab extraneis mit groſſem Unfug zur abermahligen Deciſion gezogen vvorden, dasjenige, vvas dieſerhalb den ſententiæ mit eingefloſſen, für ungültig und von keiner Wirckung zu achten, beſonders pro non adjecto & nullius valoris anzuſehen. Ita decretum, per modum reſponſi in Cancellaria Sverinenſi d. 6. Mart. 1725.

*Et contra illos lata ſententia corrigenda.*

## §. XXXVI.

*Concluſio, plura conſilia removens.*

Sed ſuperſedemus omnibus aliis conſiliis, quibus alii proceſſum concurſus creditorum abbreviari poſſe autumant, modo unicum adhuc enodaverim. Sunt, qui ſtatuunt, ſubhaſtatiouem ſtatim ſuſcipiendam eſſe, ſimulac concurſus creditorum fuerit excitatus; verum, ut taceam, hoc involvere præpoſterationem proceſſus, maxima cum circumſpectione nobis præſcripti in

dict.

dict. Conſt. Mepap. d. 29 Jan. 1646., non poteris non mihi concedere, in præjudicium creditorum, ante decretam præcluſionem latentium, nil ſuſcipi, multo minus bona, quibus debitor communis ceſſit à quibusdam ſolum creditoribus ſubhaſtari poſſe, per verba Conſt. ibi: daſs die NB ſämbtliche Creditores, fürnemlich aber diejenigen, ſo in der Ordnung voran ſtehen, innerhalb 12. Wochen à die publicatæ ſententiæ prioritatis, die Taxation der cedirten Güter unnachläſſig befordern, dieſelben verkauffen, &c. Jam vero omnes ac ſingulos creditores nonniſi ante decretam præcluſionem noris, nec hanc unquam decerni videris, quam poſt finitam liquidationem, vel publicatam demum ſententiam, de quo varia in variis Megapoſeos foris & dicaſteriis extat praxis, uti jam ſupra §. VI. demonſtravimus. Sicuti ergo liquidationem mox ſequitur inrotulatio actorum, relicta creditoribus libertate, utrum adhuc ante terminum rotulationis deductionem prioritatis exhibere velint, nec ne, quam iterum immediate excipit ſententia prioritatis ſane exiſtimaverim, non dari cauſam, quare contra legem provincialem ſumma cum circumſpectione conditam exſurgere velles. Curatius incedere, & quæ latius ſupra, ſecundum tenorem conſtitutionis noſtræ Megapolitanæ, expoſita ſunt remedia promovendi diſtributionem, finito proceſſu concurſus creditorum, in compendio quaſi dixiſſe mihi videtur *MEV. Part. V. Dec.* 397. Sumitur, inquit ille, remedium, præprimis ex diſtractione totius prædii, ſicut illa poſt finitum creditorum concurſum alias æqua eſt, & conſueta. Qundo enim prædium ſemper commode dividi non ſinit, aut totum ſubhaſtatione diſtrahendum & inter creditores pretium dividendum, aut uni horum pro hoc adjudicandum, ſub illa conditione, ut aliis ſatisfaciat. Quodſi vero ſunt, quæ alterum horum aſſequi non ſinunt, vel quia non reperitur emtor, aut ſaltim talis, qui nimis vile & iniqvum pretium offert, vel quia creditorum nemo id

ſibi totum adjudicatum cupit, communio, donec aliud remedium ſuppetet, ſuſtinenda eſt, & de proviſionali remedio cogitandum, ut reditus quam maximi ex toto, non niſi valde in commode dividuo, habeantur, atque dividantur, donec æqvus emtor reperiatur. Id quöd fit, ſi vel immiſſus creditor una cum ſua hypotheca omnes pertinentias recipiet, ut cœteris, certam mercedem, ve lut ex locato ſolvat, vel alii cuiquam pro iſta totum prædium locetur, vel tertius quisquam, ut communis admi niſtrator conſtituatur. Nec tantum talia cum volentibus ſic componere, ſed etiam invitis imponere licebit, ubi ratio adeſt, cur res dividi non deberet?

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058452540-10

Rostock, Diss., 1736-38
f
ULB Halle 3
003 627 101
Sb.
VD18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058452540-10

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058452540-10

VGVRALIS JVRIDICA,

DE

# SINGVLA-
# BVS

GAPOLI.

ONCVRSVS CREDITORVM,

VAM,

*IRANTE NVMINE,*

T AVCTORITATE

ORVM ORDINIS, IN

ADEMIA PATRIA,

RÆSIDIO

**FRID. Mantzeln,**

FAMIGERATISSIMI INSTIT.

N. FACVLTATIS JVRIDICÆ

NI SPECTABILISSIMI,

*TORIS ÆTATEM COLENDI,*

AC PRIVILEGIIS DO-

VE JVRE CAPESSENDIS,

ORIO MAJORI,

IS ANNO MDCCXXXVIII.

AMINI SVBMITTIT

**BRAH. DUVE,**

MEGAPOL.

---

STOCHII,
SEREN. PRINC. & ACAD. Typogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058452540-10